# ZBIÓR DOKUMENTÓW KOLEGIATY I KAPITUŁY ZAMOJSKIEJ

WYDAŁ KS. BOLESŁAW KUMOR

(C. d.)

Archiwa, Biblioteki i Muzea Kościelne. T. 28: 1974

## Nr 117

Druga erekcja kanonikatu penitencjarza przy kolegiacie.

*Skierbieszów, 15 I 1762.*

*Walenty Franciszek Salezy Wężyk, biskup chełmski zatwierdza fundację ks. Walentego Smarzyńskiego i za zgodą kapituły zamojskiej zamienia tytuł prebendy penitencjarii na kanonikat penitencjarza przy tejże kolegiacie. Kanonik penitencjarz obok dotychczasowych obowiązków prebendarza winien nadto odprawić w miesiącu jedną mszę św. za duszę Walentego kapłana.*

**Or.** *nie znany*[1].
**Kop.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. nr 415. Acta capitulorum generalium tam ordinariorum, quam extraordinariorum. Vol. 3 (1750—1825) s. 57—61 (Wpis wlg or. 15 I 1762); tytuł wpisu:* Erectio canonicatus.

Valentinus Franciscus Salesius de Osiny Wężyk[2] — —. In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Supra gregem Dominicum pro moderno statu dioecesis nostrae divinitus Nobis concreditum vigiles speculatoris vices, prout de super concessum habemus, exercentes, eam optimam eius partem firmumque ac solidum arbitramur stabilimentum, ut in fidei animarumque ne-

[1] *ADL A nr 133. Acta iudiciaria et episcopalia R.D. Valentini Francisci Salesii Wężyk ep. Chelm. 1750—1765 k. 148—149: jest wprawdzie wpis* Erectio illustris adm. rdi Smarzyński ad canonicatum praebendae Paczovianae, *odnoszący się do erekcji kanonikatu penitencjarza, ale posiada całkowicie inny formularz. Nie posiada tez dokumentów ingrosowanych, lecz tylko ich streszczenie.*

[2] *Walenty Franciszek Salezy Wężyk, zob. dokum. nr 115 przyp. 1.*

cessariis providam circumspectamque personarum Deo famulantium pietatem, eruditionem et exempla cum Dei gloriae incremento virtutum et aeternae salutis recipiat adminicula. Cum igitur nulla melior reperiri queat ratio per quam et spiritualis fructus crescat et eminentia profulgentes allacriores reddantur ad operandum in vinea Domini, congregantesque pullos sub alas misericordiae eius, quatenus e luto et faece resurgentes, citius fine sibi praefixo fruantur et beatius vivant. Proinde laudandam circa praemissa praeter ceteras virtutum illustris adm. rdi Valentini Smarzyński[3] canonici et praebendarii poenitentiariae Paczovianae in ecclesia nostra collegiata Zamoscensi, qui huiusmodi praebendae (ut infra) fructus et census augmentando et eandem ad titulum canonicatus eiusdem nostrae collegiatae ecclesiae evehi desideravit et humillime supplicari fecit, quatenus votis et desideriis eius annuamus et forma iuris in his procedamus per citiorem exhibitionem voluntatis nostrae. [Et ne] alicui praeiudicium inferre videamus, praeprimis literas cridae contra omnes et singulos ius vel interesse aliquod se habere putantes et praetendentes extradi mandavimus. In termino itaque hodierno ex iisdem cridae literis in vim citationis generalis seu citati publici ex cancellaria nostra emanatis et debite per affixionem valvis memoratae ecclesiae nostrae collegiatae Zamoscensis factam executis, proveniente, in publica causarum audientia comparens personaliter idem illustris adm. rdus Valentinus Smarzyński actor, contumaciam omnium et singulorum dictis cridae literis citatorum et non comparentium accusavit et in eorum contumaciam inscriptionem officiosam super summam 2 millium flor. Polon. in castro Grabovecensi feria 3 in crastino festi s. Thomae Apostoli [22 XII] anno immediate elapso 1761 factam et recognitam, qua mediante eadem summa in bonis villae Udrycze[4] mgci Antoni Deboli vexilliferi Lubaczoviensis vicecapitanei castri eiusdem Grabovecensis[5] haereditaria, in censuum annuum reemptionalem futuro pro tempore et in aevum praebendario poenitentiario fundi praefati Paczoviani in memorata ecclesia collegiata Zamoscensi est locata, idque in ordine ad elevandum eandem praebendam poenitentiariam ad titulum canonicatus in supradicta collegiata, idque in fundamento recursus capitularis eiusdem ecclesiae in virtute decreti eiusdem vblis capituli generalis Nativitatis Beatissimae Virginis Mariae die 16 mensis septembris anno elapso lati[6] in partiali capitulo obtenti subinserti, eandem inscriptionem in omnibus illius punctis, articulis, clausulis, nexibus, ligamentis et conditionibus universis affirmari, comprobari et ratificari, dictam summam capitalem 2 millium flor. Polon. efficientium una cum censu annuo reemptionali per 7 a quolibet centum provenienti immunitati et libertati ecclesiasticae, nec non praebendae poenitentiariae eiusdem fundi Paczoviani pro tempore existenti possessori adscribi, incorporari, inviscerari, eandem praebendam poenitentiariam primaevae erectionis Paczovianae vigore huiusmodi affundationis ad titulum canonicatus in ecclesia toties repetita Insigni Collegiata Zamoscensi erigi et eidem futuro pro tempore existenti poenitentiario omnibus privilegiis, quibus ceteri in ibidem existentes canonici gaudere, frui debere, sine quavis oppositione decerni, onera et obligationes, scilicet quatenus futurus pro

---

[3] *Walenty Smarzyński, zob. dokum. nr 115 przyp. 2.*

[4] *Udrycze, zob. dokum. nr 117 przyp. 4.*

[5] *Antoni Deboli, zob. dokum. nr 117 przyp. 2.*

[6] *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 415. Acta capitulorum generalium. Vol. 3 (1750—1825) s. 55 (1759), 57 (1761).*

tempore existens, sicut praemittitur, canonicus eiusdem et poenitentiariae eiusdem succedanei possessor et possessores pro anima sua, videlicet Valentini sacerdotis singulis cuiuslibet anni mensibus ante aliquot privilegiatum altare in dicta ecclesia collegiata Zamoscensi absolvat et ad ea explenda perpetuis temporibus sub onere conscientiae obligari, defectus omnes tam iuris quam facti, si qui circa praemissa irrepsere, suppleri et sanari, atque his omnibus robur authoritatis ordinariae et perpetuae firmitatis pariter et decreti de super apponi, literasque approbationis, confirmationis, ratificationis, affundationis et erectionis in forma solita decerni et extradi mandari, debita cum instantia postulavit. Cuius quidem inscriptionis tenor sequitur estque talis:

*(Następuje dokument ks. Smarzyńskiego nr 116 i Antoniego Deboli nr 117).*

Michael Georgius de Mieszki Mieszkowski burgrabius castrensis Ravensis [a] ad hunc actum subdelegatus. De verbo ad verbum ex prothocollo inscriptionum, prout in eodem continet, parti effectuanti extradere mandavit ex actis castrensibus capitanealibus Grabovecensibus depromptum.

Nos vero Valentinus episcopus Chelmensis pium ac salutare eiusdem illustris affundatoris propositum ex vi officii nostri ad effectum paterna pietate promovere et deducere cupientes, ante omnia interessatos quosvis legitime citatos, diutius ultra horam audientiae expectatos et non comparentes, contumaces, prout merito erant, suadente iustitia reputavimus et in eorum contumaciam praeinsertam inscriptionem in omnibus et singulis illius punctis, clausulis, articulis, nexibus, ligamentis et conditionibus universis approbavimus, confirmavimus, ratificavimus, robur authoritatis ordinariae et perpetuae firmitatis pariter et decretum de super apposuimus, et super eadem summa capitali 2 millia flor. Polon. efficientem et censum ab eodem quotannis per 7 a centum quolibet provenientem, erectam primitive praebendam poenitentiariam Paczovianam in ecclesia nostra collegiata Zamoscensi ad titulum canonicatus eiusdem ecclesiae collegiatae ereximus et futurum pro tempore existentem praebendarium, quatenus omnibus eiusdem vblis capituli privilegiis gaudere et uti licite ac debite valeat, concessimus atque memoratam praebendam eiusque possessores semper et in aevum pro canonicis in illa ecclesia nuncupando fecimus. Sed intuitu huiusmodi affundationis futuro eiusdem praebendae possessori onera et obligationes similiter, prout censum augmentando, quatenus idem singulis anni mensibus unam missam pro anima Valentini sacerdotis ante aliquot altare privilegiatum in toties repetita ecclesia collegiata absolvat et continuo a Christi fidelibus recurrentibus confessiones excipiat, idque in persona sua imposuimus et ad explenda sub onere conscientiae futuros eosdem praebendarios obligavimus. Ius patronatus et praesentandi ad eandem praebendam et canonicatum vbli capitulo eiusdem ecclesiae collegiatae reservavimus, defectus omnes tam iuris quam facti, si qui circa praemissa intervenerint, supplevimus et sanavimus, prout quidem reputamus, approbamus, confirmamus, ratificamus, apponimus, concedimus, facimus, imponimus, obligamus, reservamus, supplemus et sanamus. In quorum fidem ——. Datum Skierbieszoviae die veneris 15 mensis ianuarii anno Domini 1762. Valentinus episcopus.

---

a *Całego zdania brak w kopii.*

## Nr 118
## Erekcja prebendy różańcowej przy Kolegiacie Zamojskiej.

*Skierbieszów, 15 V 1765.*

*Walenty Franciszek Salezy Wężyk, biskup chełmski na prośbę rady miejskiej Zamościa eryguje prebendę różańcową dla kapelana bractwa różańcowego przy kolegiacie zamojskiej. Na uposażenie prebendy przeznacza różne czynsze, zapisane na rzecz bractwa. Równocześnie biskup wyznacza obowiązki kapelanowi. Prawa prezenty i patronatu przysądza radzie miejskiej w Zamościu.*

**Or.** *nie znany.*
**Kop. 1.** *ADL Nr A 133. Acta iudiciaria et episcopalia R.D. Valentini Francisci Salesii Wężyk ep. Chelm. 1756—1765 k. 255—266; tytuł wpisu:* Erectio praebendae Ssmi Rosarii in ecclesia collegiata Zamoscensi (*Wlg or.*); **2.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 114. Status capellae Rosarianae ad Insignem Collegiatam Zamoscensem existentis — — ex 14 XI 1773 s. 1—18 (Kopia niniejsza posiada duże zmiany w formularzu).*

Valentinus Franciscus Salesius de Osiny Wężyk [1] — —. In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Decet, ut Beatissimae et sine labe Conceptae Virginis Mariae nomen non tantum viva voce, sinceris cordibus et votorum nostrorum obsequiis prosequamur, verum etiam illud aeternae memoriae mentibus devotorum inscribatur. Hinc est, quod praenobilis magistratus Zamoscensis in memoriam reducens beneficia ab eadem gloriosissima Virgine Maria satis sibi abundanter praestita, pro maiori incremento cultus et venerationis ipsius et in remedium salutis animae suae summarum variarum, variis temporibus a suis praedecessoribus testamentis ultimae voluntatis eorum legatarum et successive super bona eiusdem magistratus Zamoscensis locatarum, reliquarum vero adscriptarum infra suo ordine, de actu et data specificandarum summarium porrexit, Nobisque humiliter supplicavit, quatenus tam dictas summas legatas, quam successive ad laudem intemeratae Virginis Mariae coram variis actis authenticis officiose adscriptas pro fundatione et erectione Ssmi Rosarii in capella Beatissimae Virginis Mariae ecclesiae nostrae collegiatae Zamoscensis applicaremus.

Nos itaque laudabile dicti praenobilis magistratus Zamoscensis desiderium, considerando modum et formam in talibus observari solitam, ne alicui in praemissis praeiudicare videamur, literas cridae seu edicti publici contra omnes interessatos termino iusto ex cancellaria nostra praemittendas esse statuimus. Itaque in termino ex dictis cridae literis debite sub die 22 mensis aprilis anno ad praesens currenti 1765 ex cancellaria nostra emanatis et die 28 mensis et anni eiusdem coram populo, ad divina audienda congregato, in ecclesia nostra collegiata Zamoscensi per adm. rdum Antonium Piecek eiusdem ecclesiae collegiatae Zamoscensis vicarium publicatis proveniente, coram Nobis ad iusta reddenda causasque audiendas personaliter comparentes nobiles et spectabiles Martinus Wesołowski senior, Ioannes Szyc advocatus, Antonius Zieliński, Carolus Lipowski, Adalbertus Witowski, Iacobus Łękowski consules, Theodorus Pikuziński, Adalbertus Małecki consulares, Mathias Adamowski et Sylvester Usiński scabini suis totiusque magistratus advocatialis, consularis et scabinalis civitatis Zamoscensis nominibus principaliter actores, ante omnia contumaciam

[1] *Walenty Franciszek Salezy Wężyk, zob. dokum. nr 115 przyp. 1.*

omnium ius et interesse aliquod ad infrascripta communiter vel divisim se habere putantium et praetendentium, dictis literis cridae citatorum et non comparentium accusaverunt et in eorum contumaciam oblatis legationibus variis testamentariis et inscriptionibus officiosis ex actis authentice dempromptis, in forma iudicialiter productis, huiusmodi legationes et inscriptiones officiose inscriptas in omnibus et singulis illorum punctis, clausulis, articulis, nexibus, ligamentis et conditionibus universis approbari, confirmari, ratificari, robur authoritatis ordinariae et perpetuae firmitatis pariter et decretum desuper apponi, dictas summas capitales et census ab iisdem provenientem libertati et immunitati ecclesiasticae atque capellae rosarianae Beatissimae Virginis Mariae in ecclesia Zamoscensi eiusque promotori pro tempore existenti adscribi, applicari, incorporari et inviscerari, desuper promotorem seu capellanum rosarianum de novo erigi, fundari et dotari, onera fraternitatis rosarianae promotori seu capellano imponi et ad explenda sub vinculo conscientiae obligari, constituti et ordinari, ac alia omnia et singula etiam cum ordinatione iuris patronatus in posterum necessaria et opportuna statui et decerni, debita cum instantia petierunt et postulaverunt. Quarum legationum et inscriptionum et quidem primae tenor sequitur talis:

*(Następuje dokument nr 50).*

Tandem non subsecuta exsolutione summae capitalis inter spectabilem provisorem rosarianum et nobilem Charlecka decretum in officio advocatiali et scabinali Zamoscensi 1745 feria 2 ante festum Nativitatis Beatissimae Virginis Mariae[2], iam vero sabbatho ante festum s. Aegidii abbatis proximo anno Domini 1755 intromissio tenoris sequentis:

*(Następuje dokument nr 111).*

Secundae legationis et quidem testamenti gnosi Andreae Rzeszotarski die 4 ianuarii anno Domini 1659 conditi et ad acta castrensia Crasnostaviensia feria 2 post Dominicam ramis Palmarum Quadragesimalem porrecti punctum tale:

Do kaplice do Rosarii Panny Przenajświętszej odkazuje zł 500, cuius summae securitas per illustrem et mgcum olim Martinum Zamoscensem ordinatum palatinum Braclaviensem, Belsensem et Płoskieroviensem capitaneum[3] in castro Lublinensi sabbatho post Dominicam Iubilate proximo anno Domini 1680 super molendino Zamoscensi inscripta est. Cuius submissionis punctum tale: Quartam summam 500 flor. Polon. capellae Rosarii Beatissimae Virginis Mariae in eadem collegiata Zamoscensi sitae super bonis suis, videlicet molendino Zamoscensi provisori eiusdem capellae[4]. Quae transactio hic tota non inseritur propter vetustatem et impossibilitatem legendi.

Tertiae tenor eiusmodi:

*(Następuje dokument nr 51).*

Pro altera simili summa assecuratio manualis tenoris sequentis:

*(Następuje dokument nr 53).*

Tandem iuxta supremi tribunalis Zamoscensis decretum feria 4 post festum

---

[2] *WAP Lublin. Nr 33. Advocatialis Zamoscensia k. 309'—310; tytuł wpisu:* Inter provisorem Ssmi Rosarii et nobilem Charlecka.

[3] *Marcin Zamoyski, zob. dokum. nr 105 przyp. 24.*

[4] *WAP Lublin. Nr 6. Castrensia Crasnostaviensia. Inscriptiones — nie posiadają tego dokumentu.*

SS. Trium Regum in anno Domini 1721 latum subsecuta est exdivisio in fornice murato lapideae suprascripti hblis Lędza proportionaliter summae iunctim 600 flor. Polon. a qua census pendet [5].

Quartae vero summae inscriptio in domo quondam Tyszovieciana ad praesens successorum Domaradcianorum, scilicet 500 flor. Polon. feria 3 post Dominicam Invocavit Quadragesimalem proxima, vigorae inscriptionis venditoriae in officio advocatiali recognitae [6]. Decretum vero altimarium eiusdem officii advocatialis inter spectabilem provisorem actorem et successores Domaradcianos citatos latum feria 6 ante Dominicam Septuagesimae proxima anno Domini 1756 et haec summae absque obligatione legata [7].

Quintae — feria 6 ante festum s. Martini P. et C. proxima vigore submissionis per ifidelem Berko Leyzorowicz iudaeum incolam Zamoscensem in officio advocatiali recognitae super domo et fundo eiusdem, ad praesens possessioni infidelis iure sartoris iudaei incolae Zamoscensis subiectae summae 150 flor. Polon. [8]. Quae summa testamento adm. rdi olim Pauli Pełczyński vicarii ecclesiae collegiatae Zamoscensis sub die 11 mensis februarii anno 1671 manualiter conscripto est legata [9] et per illmum loci ordinarium pro tunc approbata pro censu annuo reemptionali disposita, ex quo censu disposuit unam missam in octava Omnium Sanctorum pro animabus in purgatorio existentibus pro tunc suffragio egentibus per adm. rdos vicarios in capella rosariana decantandam et in casu non acceptationis per eosdem dedit potestatem confraternitati, ut per alium sacerdotem satisfieret voluntati eius et ab hac summa tantummodo penditur census quotannis per flor. septem.

Sextae summae 300 flor. Polon. legatio per olim nobilem Theresiam Krobska sine ulla obligatione facta et super bonis infidelis Oszyja Jozwowicz iudaei incolae Zamoscensis locata, ut patet ex submissione eiusdem feria 4 post festum Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae proxima anno 1710 in officio advocatiali Zamoscensi recognita [10].

Septimae summae mille flor. Polon. legatio per perillem et adm. rdum Laurentium Sikorski decanum infulatum Zamoscensem itidem sine ulla obligatione, quae summa haeret in bonis lapideae quondam Dybzovianae in post Ziemeccianae ad praesens nobilis et spectabilis Adalberti Małecki consulis Zamoscensis possesioni subiectae, ut patet ex submissione feria 6 ante festa solemnia Pentecosten proxima anno Domini 1715 in officio advocatiali recognita Zamoscii [11]. Ratione solutionis superius expressae summae ac census per multos annos retenti ab eadem summa provenienti cum nobili et spectabili Małecki iudiciis Zamoscensis tribunalis bina prolata decreta et quidem primum anno 1752, alterum anno 1754. In virtute eorum decretorum per officium advocatiale et scabinale Zamoscense intromissio in fornicem inferiorem, nec non cameram ligneam data in retenta provisionali summa

---

[5] *WAP Lublin. Nr 11. Acta Tribunalis Zamoscensis (1713—1745) k. 612—619'; tytuł wpisu:* Decretum inter hblem Nagrodzki fiscalem Zamoscensem et nobilem Sakman actores et possessores bonorum Lędzovianorum citatos.

[6] *WAP Lublin. Nr 36. Advocatialia Zamoscensia (1756—1760) k. 32' nn. nie ma tego dokumentu, podobnie jak nr 30 — Advocatialia Zamoscensia (1721—1734) k. 8 nn.*

[7] *WAP Lublin. Nr 36. Advocatialia Zamoscensia (1756—1760) k. 12—12'.*

[8] *WAP Lublin. Nr 36. Advocatialia Zamoscensia (1756—1760) k. 124' nie posiada tego dokumentu, podobnie jak nr 30 — Advocatialia Zamoscensia (1721—1734) k. 83 nn.*

[9] *WAP Lublin. Nr 22. Advocatialia Zamoscensia (1671—1674) k. 9 (Jest tu wpis testamentu ks. Dobraszewskiego, profesora Akademii Zamojskiej).*

[10] *WAP Lublin. Nr 28. Advocatialia Zamoscensia k. 835—836; tytuł wpisu:* Debet infidus Osias Juwowicz flor. 600 Polon. capellis Ssmi Rosarii et dnorum Literatorum.

[11] *WAP Lublin. Nr 29. Advocatialia Zamoscensia k. 521—521'; tytuł wpisu:* Debet honestus Dybza flor. 1000 capellae Ssmi Rosarii.

flor. 756 flor. Polon. ad extenuationem eiusdem anno 1755 et ab actu intromissionis a supra scripta summa flor. 1000 Polon. per eundem nobilem et spectabilem Małecki nullus census solutus.

Octavae summae feria 5 ante festum s. Margarethae V. et M. proxima anno 1715 vigore submissionis in officio advocatiali Zamoscensi flor. 100 Polon. in domo olim famatorum Adami et Mariannae Pankiewicze ad praesens Budzyńskie coniugum locata [12]. Ab hac vero summa cum a multis annis census non fuerit persolutus, ideo per decretum officii advocatialis et scabinalis Zamoscensis feria 6 post Dominicam Iubilate proxima anno 1761 subsecutum similis summae 100 flor. Polon. est adiudicata, quae simul iuncta efficit flor. 200 Polon. [13].

Nonae summae flor. 300 Polon. inscriptio in fornice murato lapideae Lyszkoviczovianae vigore exdivisionis feria 6 post festum s. Mathiae Apostoli et Evangelistae proxima anno Domini 1717 [14].

Decimae summae legatio scilicet 2 millium flor. Polon. per vblem Bębnowski subsecuta et feria 3 in crastino festi s. Margarethae V. et M. in castro Grabovecensi per gnosum Antonium Krupski venatorem Bracłaviensem recognita [15]; deinde decreti condescendentialis feria 2 post Dominicam Laetare Quadragesimalem proxima anno Domini 1742 lati, tum complanationis inter adm. rdum Thomam Kotonowicz promotorem et illustrem mgcam Anastasiam de Bogusze hrabina Żarnowska die 8 augusti anno Domini 1754 conscripta in castro Crasnostaviensi sabbatho post festum s. Aegidii Abbatis proximo anno Domini 1756 ablata [16]. Quae summa in bonis villae Suchowola [17] locata pro censu annuo reemptionali a quo censu provenıente decreto officii consistorii generalis Chełmensis anno 1722 die 4 februarii iniunctum est, quatenus rdus promotor Ssmi Rosarii duas missas in quolibet mense, videlicet unam pro animabus domus Bębnovscianae, alteram pro vivis et defunctis eiusdem nominis et domus absolveret, atque in exhortationibus circa rosarium haberi solitis, tam vivorum prosperitatem, quam defunctorum memoriam populo insinuaret et recommendaret [18].

Undecimae — flor. 50 Polon. pro piis operibus legatae inscriptio super horto et pomario Szubartowiczoviano feria 6 post Dominicam Misericordiae proxima 1734 in officio advocatiali Zamoscensi factae [19].

Duodecimae — flor. 300 Polon. legatorum securitas inscripta est per famatos Casimirum et Annam Bąkowskie coniuges super fundo vacuo famatorum Romański Czub feria 4 pridie festi s. Mariae ad Nives anno Domini 1734 [20].

Decimae tertiae — 500 flor. Polon. assecuratio in campis Lubecianis vigore decreti Congregationis Almae Confraternitatis Beatissimae Virginis Mariae die 14 men-

---

[12] *Tamże k. 534—535; tytuł wpisu:* Debent famati Pankiewiczowie flor. 100 capellae Ssmi Rosarii.

[13] *WAP Lublin. Nr 37. Advocatialia Zamoscensia (1760—1777) k. 34—35.*

[14] *WAP Lublin. Nr 29. Advocatialia Zamoscensia k. 708'—710'; tytuł wpisu:* Exdivisio lapideae Lyszkiewiczovianae.

[15] *WAP Lublin. Nr 60. Castrensia Grabovecensia. Decreta i Inscriptiones nie posiadają tego dokumentu.*

[16] *WAP Lublin. Nr 62. Castrensia Crasnostaviensia. Relationes i nr 21 Inscriptiones — nie posiadają tego dokumentu.*

[17] *Suchowola, wieś, pow. Zamość, wojew. lubelskie.*

[18] *ADL A nr 122. Acta consistorii Chelmensis et acta causarum curiae episcopalis R.D. A. Fredro et J.F. Szaniawski ep. Chelm. ex annis 1721—1725 — pod dniem 4 II 1722 dokumentu tego nie ma.*

[19] *WAP Lublin. Nr 30. Advocatialia Zamoscensia k. 993 nn. — brak tego wpisu.*

[20] *WAP Lublin. Nr 33. Advocatialia Zamoscensia k. 1018'—1019; tytuł wpisu:* Debent famati Bąkowscy.

sis octobris anno 1736, tum alterius iudiciorum supremi tribunalis Zamoscensis feria 4 post festum s. Martini P. et C. proxima anno 1750 prolatae [21] Quam summam olim nobilis et spectabilis Ioannes Lubecki provisor Ssmi Rosarii superrestavit ex calculo et in hocce summa in memoratos campos per officium advocatiale feria 4 ante festum s. Thomae Apostoli proxima anno superius expresso 1750 data intromissio [22].

Decimae quartae summae 300 flor. Polon. legatio in suffragium animarum parentum Mariannae Nowakowska est expressa absque obligatione determinata et vigore submissionis feria 6 post Dominicam Septuagesimae proxima anno 1743 in officio advocatiali Zamoscensi per honestam Mariannam Bojkowszczanka Nowakowska [23] recognita decreto eiusdem officii feria 6 post Dominicam Iubilate proxima anno 1746 absque contractus manualis inter adm. rdum Thomam Kotonowicz promotorem et infideles Meszko et Rusia Nosowicze coniuges [24] sub die 24 septembris anno 1760 conscripti in fundo Bojakowsciano locati.

Decimae quintae summae 500 flor. Polon. olim per nobilem Simonem Suszewski testamento ultimae voluntatis eius sub die 19 februarii anno 1742 condito subsecuta est legatio. Quae summa feria 3 post festum Conversionis s. Pauli Apostoli anno 1747 vigore submissionis in iudicio commissoriali arcis Zamoscensis recognitae [25] et consensus illmi dni Thomae ordinati Zamoyski palatini Lublinensis die 6 nevembris anno 1743 emanati super synagoga Iosephoviensi est locata [26].

Decima sexta summa 100 flor. Polon. per olim honestam Reginam Drabińska legata est feria 3 post Dominicam Iubilate proxima anno Domini 1745, vigore submissionis per honestam Mariannam Ksykowa secundo voto Abudowiczowa relictam viduam in officio advocatiali Zamoscensi recognita super agro eiusdem Ćwierć dicto locata [27].

Decima septima similis summa 100 flor. Polon. per eundem honestam Drabińska est legata et anno eodem feria 5 post Dominicam Iubilate proxima, vigore submissionis per honestos Mathiam et Catharinam Traczykowie coniuges in officio advocatiali Zamoscensi recognitae super agris eorundem ad praesens vero honesti Gregorii Maximiak locatae [28].

Decima octava summa 50 flor. Polon. locata super domo famatorum Petri et Sophiae Grabowieckich coniugum feria 5 post Dominicam Quinquagesimae proxima anno 1749, vigore submissionis eorundem in officio advocatiali Zamoscensi, sed per quem legata non constat [29].

Decima nona summa 300 flor. Polon. legata per nobilem olim Michaelem Makowski mediante testamento die 17 septembris anno 1748 per eundem condito et

---

[21] *WAP Lublin nie posiada ksiąg tegoż trybunału z lat 1750—1754.*

[22] *WAP Lublin. Nr 33. Advocatialia Zamoscensia k. 716.*

[23] *WAP Lublin. Nr 32. Advocatialia Zamoscensia k. 66'—67; tytuł wpisu:* Inscribit summam 300 flor. Polon. honesta Boykowiczanka.

[24] *Tamże k. 368—369; tytuł wpisu:* Provisor Ssmi Rosarii inter Catherinam Boykowska.

[25] *WAP Lublin. Nr 11. Acta Tribunal. Zamoscens. k. 987 nn. — nie posiadają tego dokumentu; najwcześniejszy wpis z r. 1747 to feria 5 in crastino festi Conversionis s. Pauli Apostoli.*

[26] *WAP Lublin. Nr 32. Advocatialia Zamoscensia k. 92' nn. i k. 528 nn. — brak tego dokumentu.*

[27] *WAP Lublin. Nr 33. Advocatialia Zamoscensia k. 50'—51; tytuł wpisu:* Debet Abadawiczowa zł 100 ad capellam Ssmi Rosarii; *k. 51'—51; tytuł wpisu:* Debent Andruszczakowie flor. 100 ad capellam Ssmi Rosarii.

[28] *Tamże k. 52'—53; tytuł wpisu:* Debent Traczykowie summam flor. 100 ad capellam Ssmi Rosarii.

[29] *Tamże k. 588'—589.*

vigore submissionis per honoratos Alexandrum et Catharinam Axovie coniuges anni 1749 feria 2 in crastino Dominicae Oculi Quadragesimalis recognitae in officio advocatiali Zamoscensi et super bonis eorundem locatae [30].

Vigesima summa per hblem et spectabilem Euxeniam primo voto Skurczyńska, secundo voto Czopacka, deportata scilicet 200 flor. Polon. feria 5 anni 1750 post festum ss. Viti et Modesti Mm., vigore submissionis per spectabilem et honestum Ioannem Misiakowicz consulem Zamoscensem in officio advocatiali recognitae super praedio eiusdem locatae [31].

Vigesima prima — 300 flor. Polon. binis decretis, primo anno 1754 altero 1758 prolatis, est adiudicata in bonis famati Ioannis et Clarae Michnowskie coniugum, vigore eorundem submissionis feria 2 ante festum ss. Simonis et Iudae Apostolorum proxima anno 1751 recognitae locatae [32].

Vigesima secunda summa 100 flor. Polon. in officio advocatiali Zamoscensi per ingenuum Ioannem Pliskiewicz, vigore submissionis eiusdem feria 4 post Dominicam Invocavit Quadragesimalem 1752 anno recognitae, super bonis eiusdem [33].

Vigesima tertia — 50 flor. Polon. itidem in officio advocatiali Zamoscensi per famatum Iacobum et Mariannam Glińskie coniuges sabbatho post festum solemnia Paschatis proximo anno Domini 1754, vigore submissionis eorundem recognitae super bonis suis locatae [34].

Vigesima quarta — 300 flor. Polon. anno eodem sabbatho post Dominicam conductus Paschae, vigore submissionis per famatos Sebastianum et Annam Biernackie coniuges in officio advocatiali Zamoscensi recognitae, super fundo quondam Szopinsciano nunc eorundem Biernackie extat. Haec summa decreto officii eiusdem anno 1755 est adiudicata et census ab eadem summa quotannis penditur per flor. 15 Polon. [35].

Vigesima quinta — 160 flor. Polon. anno eodem feria 5 post festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae, vigore submissionis per honestos Ioannem et Annam Ichnatowiczowna Maxymiaki coniuges in officio advocatiali Zamoscensi recognitae super agro eorundem locatae [36].

Vigesima sexta 50 flor. Polon. anno eodem superius expresso 1754 feria 2 ante festum s. Thomae Apostoli proxima, vigore submissionis per famatum Iacobum et Mariannam Glińskie coniuges in officio advocatiali Zamoscensi recognitae super bonis eorundem [37].

Vigesima septima — 150 flor. Polon. et quidem prima summa 100 flor. per honestam Reginam, altera 50 flor. Polon. per honestam Constantiam Brzyska sunt legatae. Iam vero feria 2 post festum Assumptionis in coelum Beatissimae Virginis Mariae anno Domini 1755, vigore submissionis per famatos Mathiam et Agnetem Adamowskie coniuges in officio advocatiali Zamoscensi recognitae super bonis eorundem inscriptae [38].

Vigesima octava — 100 flor. Polon. anno Domini 1756 feria 5 post festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae proxima, vigore submissionis in officio advo-

---

[30] *Tamze k. 596'—599.*

[31] *Tamze k. 686'—687'.*

[32] *WAP Lublin. Nr 35. Advocatialia Zamoscensia (1749—1755) k. 216—217; tytuł wpisu:* Debent flor. 300 Ssmi Rosarii Michnowscy.

[33] *Tamze k. 233—234; tytuł wpisu:* Debent summam 100 flor. Ssmi Rosarii Pliszkiewicz.

[34] *Tamże k. 455'—456; tytuł wpisu:* Debent summam 50 flor. famati Glińscy.

[35] *Tamze k. 458'—459'; tytuł wpisu:* Debent flor. 300 famati Bernaccy.

[36] *Tamze k. 472'—473'; tytuł wpisu:* Quietatur flor. 160 famati Dmetrykiewiczowie.

[37] *Tamże k. 512—512'; tytuł wpisu:* Debent flor. 50 capellae rosarianae Glińscy.

[38] *Tamze k. 551'—552; tytuł wpisu:* Debent flor. 50 capellae rosarianae Adamowscy.

catiali Zamoscensi per honestam Andream Bornatycki recognitae super agro eiusdem [39]

Vigesima nona — 100 flor. Polon. anno 1759 sabbatho post festum s. Margarethae V. et M. proximo, vigore submissionis per famatam Annam Bąkowska relictam viduam in officio advocatiali Zamoscensi recognitae super bonis eiusdem [40].

Trigesima — 100 flor. Polon. summa est legata per famatam Elisabeth Krasowska, iam vero feria 2 ante festum s. Martini P. et C. proxima anno superius expresso 1758, vigore submissionis in officio advocatiali Zamoscensi per famatos Augustinum et Mariannam Czyżykowskie coniuges recognitae super domo eorundem [41].

Trigesima prima — 200 flor. Polon. anno eodem feria 2 post festum Immaculatae Conceptionis gloriosae Virginis Mariae proxima anno eodem, vigore submissionis per famatos Andream et Sophiam Bortatyckie coniuges in officio advocatiali Zamoscensi recognitae super agris eorundem [42].

Trigesima secunda — 2500 flor. Polon., ex qua mille floreni Polon. legati sunt per olim gnosum Felicianum Tarzynieski [43], reliqui vero 1500 flor. Polon. eidem summae adiuncti sunt per executores eiusdem olim gnosi Tarzynieski et per loci ordinarium approbati, quae summae vigore submissionis per gnosos Georgium Kawe et Susannam Berentowa coniuges in officio advocatiali Zamoscensi recognitae super lapidea quondam Wentonoviana censu annuo sunt locatae.

Trigesima tertia — 150 flor. Polon. anno 1760 die 20 martii vigore submissionis manualis per infidelem Iacob et Rochla Lewkowicze coniuges datae actis advocatialibus Zamoscensibus feria 6 post Dominicam Laetare Quadragesimalem proxima anno eodem superius expresso oblatae in domo quondam Boruch Abramowicz, ad praesens eorundem infidelium Lewkowicze, pro pendente censu annuo locatae [44].

Trigesima quarta — 50 flor. Polon. anno eodem feria 2 in crastino Dominicae Iudica Quadragesimalis, vigore submissionis per famatos Mathiam et Catharinam Brzezickie coniuges in officio advocatiali Zamoscensi recognitae super agro eorundem Kurylakowszczyzna dicta itidem locatae [45].

Trigesima quinta — 100 flor. Polon. anno 1761 sabbatho pridie Dominicae Iudica Quadragesimalis, vigore submissionis per gnosam Elisabetham Wendrowna Piotrowska in officio advocatiali Zamoscensi recognitae super praedio eiusdem [46].

Trigesima sexta — 100 flor. Polon. anno eodem feria 6 post festum solemnia Paschatis proxima, vigore submissionis per famatos Iosephum et Eufrosinam Markiewicze coniuges in officio advocatiali recognitae super bonis eorundem. Haec summa est deportata de lapidea Balewiczoviana [47].

Trigesima septima — 200 flor. Polon. anno eodem in actu superius expresso sabbatho ante festum Exaltationis s. Crucis proximo, vigore submissionis per famatos Iacobum et Franciscam Witkowskie coniuges in officio advocatiali Zamoscensi

---

[39] *WAP Lublin. Nr 38. Advocatialia Zamoscensia k. 87'—88; tytuł wpisu:* Debent flor. 100 Bornatyccy Ssmi Rosarii.

[40] *Tamże k. 414—414' — brak tego dokumentu.*

[41] *Tamże k. 367'; tytuł wpisu:* Debent flor. 100 Czyzykowscy capellae rosarianae.

[42] *Tamże k. 371'—373; tytuł wpisu:* Debent flor. 200 Bortatyccy.

[43] *Felicjan Tarzynieski, bliżej nie znany.*

[44] *WAP Lublin. Nr 38. Advocatialia Zamoscensia k. 637' nn.*

[45] *Tamże k. 370'—371; tytuł wpisu:* Debent flor. 50 Braniccy Ssmi Rosarii.

[46] *WAP Lublin. Nr 37. Advocatialia Zamoscensia (1760—1777) k. 21'; tytuł wpisu:* Gnosa Elisabeth Piotrowska Ssmi Rosarii debet flor. 100.

[47] *Tamże k. 28—28'; tytuł wpisu:* Famati Markiewicze capellae BMV Rosarianae flor. 1000 debent.

recognitae, in domo quondam Skurczynsciana ad praesens successorum eorundem famatorum Witkowskie locatae [48].

Trigesima octava — 100 flor. Polon. anno eodem, quo supra, feria 6 pridie festi s. Antonii C., vigore submissionis per infideles Hela et Szendla Iozwowicze coniuges in officio advocatiali Zamoscensi recognitae super domo quondam Lentarowiczowiana ad praesens eorundem [49].

Trigesima nona — 200 flor. Polon. anno eodem feria 5 ante festum Praesentationis Beatissimae Virginis Mariae proxima, vigore submissionis per famatos Ioannem Kaisz sutorem Zamoscensem et Franciscam coniuges in officio advocatiali Zamoscensi recognitae super domo eorundem; quae summa deportata per nobilem Annam Hartmanowa [50].

Quadragesima — 100 flor. Polon. anno 1762 feria 6 in crastino festi s. Ioannis Baptistae, vigore submissionis per honoratos Adalbertum et Agnetem Czowiki coniuges in officio advocatiali Zamoscensi recognitae super domo, fundo et horto eorundem [51].

Quadragesima prima — 50 flor. Polon. anno eodem, quo supra, feria 2 in crastino festi Assumptionis in coelum Beatissimae Virginis Mariae, vigore submissionis per famatam Annam Bąkowska relictam viduam in officio advocatiali recognitae super bonis eiusdem, quae summa ex bonis honorati Romański est deportata [52].

Quadragesima secunda 240 flor. Polon. anno 1764 feria 6 post Dominicam Oculi Quadragesimalem proxima, vigore submissionis per honoratam Mariannam Borowska relictam viduam et Sebastianum Borowski filium eius in officio advocatiali Zamoscensi super agris eorundem recognitae [53].

Quadragesima tertia — 100 flor. Polon. sub actu simili, vigore submissionis per honoratos Gabrielem Kucyk et Annam coniuges in officio advocatiali Zamoscensi recognitae super agro eorundem, quae summa est deportata ex agris Balewiczovianis [54].

Quadragesima quarta — 1000 flor. Polon. legata per nobilem Annam Wiernicka in anno missarum, et anno 1764 feria 2 infra octavas festi Ssmi Corporis Christi Domini nostri, vigore submissionis per honoratam Elisabeth de Misiaczkiewicze primo voto Szmydtowa, secundo Łękawska honorati Iacobi Łękawski consortem coram iudicio supremi tribunalis Zamoscensis recognitae in lapidea eiusdem [55].

Quadragesima quinta — 50 flor. Polon. anno eodem 1764 feria 4 ante festum s. Bartholomaei Apostoli proxima, vigore submissionis per hblem Andream et Agnetem Kowalskie coniuges in officio advocatiali Zamoscensi recognitae super casa, fundo et horto eorundem [56].

Quadragesima sexta eodem anno sabbatho pridie festi s. Catharinae V. et M.

---

[48] *Tamze k. 116'; tytuł wpisu:* Famati Witkowskie ad capellam BMV Rosarianae flor. 200 debent.

[49] *Tamze k. 68—68'; tytuł wpisu:* Infideles Iozwowicze coniuges ad capellam confraternitatis Ssmi Rosarii debent 100 flor.

[50] *Tamze k. 143'—144.*

[51] *Tamze k. 187; tytuł wpisu:* Czowiki confraternitati Ssmi Rosarii summam 100 flor. debent.

[52] *Tamze k. 197'; tytuł wpisu:* Debet Bąkowski summam 50 flor. confraternitati Ssmi Rosarii.

[53] *Tamze k. 295—295'; tytuł wpisu:* Borowscy summam flor. 200 ad capellam Ssmi Rosarii debent.

[54] *Tamze.*

[55] *Tamże k. 308—308'.*

[56] *Tamze k. 319'—320; tytuł wpisu:* Kowalskie summam 50 flor. ad capellam Ssmi Rosarii debent.

nobilis et spectabilis magistratus Zamoscensis emit domum a famatis Anna Sumecka relicta vidua et Francisca legitimi voti Jastrzębska, secundi Głowacka filia eius, dictamque domum cessit et donavit pro residentis adm. rdi promotoris nunc et pro tempore existentis, vigore inscriptionis venditoriae in officio advocatiali Zamoscensi recognitae [57].

Quadragesima septima — 100 flor. Polon. anno 1765 feria 2 in crastino festi Trium Regum, vigore submissionis per honoratos Petrum et Catharinam Ciurusie coniuges in officio advocatiali Zamoscensi recognitae super agro eorundem [58].

Quadragesima octava — 100 flor. Polon. anno eodem feria 6 post Dominicam Invocavit Quadragesimalem proxima, vigore submissionis per infideles Aron et Esterka Jekowicze coniuges iudaeos Zamoscenses in officio advocatiali Zamoscensi recognitae, super domo quondam Wozniakowsciana investitae infidelis Nona Szmerkowiczowa, ad praesens eorundem Jekowicze [59].

Quadragesima nona — 100 flor. Polon. legata per famatam Annam Kamińska relictam viduam pro apparentia capellae ex censu proveniente. Et actu eodem superius expresso, vigore submissionis per famatos Iacobum et Sophiam Susersczowskie coniuges in officio advocatiali Zamoscensi recognitae super domo et fundo et horto eorundem [60].

Denique summa quinquagesima 4 millium flor. Polon. per adm. rdum Mathiam Stanislaum Szeynowski Ssmi Rosarii in ecclesia collegiata Zamoscensi promotorem commendatorium nobili et spectabili magistratui Zamoscensi capellae Ssmi Rosarii in eadem ecclesia collegiata Zamoscensi applicandam donat feria 6 post festa solemnia Paschae 1765. Quam summam nobiles ac spectabiles Adalbertus Witkowski et Anna coniuges sabbatho post Dominicam conductus Paschae proximo anno superius expresso 1765 super omnibus bonis suis inscribunt [61].

Nos itaque Valentinus Franciscus Salesius de Osiny Wężyk Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Chelmensis nominatus Premisliensis eques Aquilae Albae, attento termino ex literis cridae, debite, ut a tergo apparebat et ex conservatione eorundem legitime in diem hodiernam incidentibus, visis quoque ac legi Nobis factis inscriptionibus super variis summis coram variis actis recognitis almam confraternitatem Ssmi Rosarii Beatissimae Virginis Mariae in ecclesia Insignis Collegiatae Zamoscensis existentem concernentibus, superius de actu et data specificatis, tam quoad census quam quoad obligationes, ante omnia discussis et bene trutinatis controversiis partium ab utriusque in iudicio praesenti factis. Quoniam vble capitulum collegiatae Zamoscensis per suum procuratorem, illustrem adm. rdum Victorinum Pawłowski eiusdem capituli canonicum [62], bonas intentiones personarum devotarum per varias inscriptiones et testamenta ultimae voluntatis in fundandam praebendam rosarianam dispositas. Magistratus vero Zamoscensis bonum opus in perficiendo ad optatum finem easdem deducere conantis, nudis allegationibus et rationibus non iure fundatis evertere et impedire satagens, proinde easdem

---

[57] *Tamże k. 341'—342.*

[58] *Tamże k. 349—349'.*

[59] *Tamże k. 353—353'.*

[60] *Jw.*

[61] *Tamże k. 360—360'.*

[62] *Ludwik Wiktoryn Pawłowski rozpoczął wykłady na Akademii Zamojskiej w r. 1749, wykładał ortografię, później gramatykę (1750), poetykę (1751), retorykę (1753), logikę (1755), prawo cywilne (1760), a następnie polskie (1762), kanonik zamojski (1757), doktorat z prawa uzyskał dopiero w 1783 r. Zmarł w r. 1785. Wiadomość o profesorach s. 59, 227.*

uti absque fundamento non attentis in contumaciam partis se praetextuose opponentis, ac erectionem rosarianae praebendae in ecclesia collegiata Zamoscensi illegaliter impedientis, summas inscriptionibus variis authenticis curam varris actis recognitis in erectionem praebendae rosarianae dispositas et aream cum domo pro residentia praebendarii rosariani in ipsa extructa, libertati et immunitati ecclesiasticae adscripsimus, incorporavimus, invisceravimus, nec non easdem in beneficium ecclesiasticum ac titulum canonicum ereximus.

Quas quidem summas in duas sortes distinctas esse volumus, videlicet unam in commodam sustentationem promotoris, alteram in ornamentum et decorem capellae rosarianae. Census a prima sorte summarum quotannis provenientes per futurum praebendarium rosarianum pro tempore existentem recipiendos applicavimus. Onera et obligationes intuitu perceptionis fructuum rdus promotor iuxta nexum et obloquentiam legationum obligantium ad absolutionem missarum certis diebus et temporibus et praecipue ex censibus a summis prima 150 flor. Polon. per rdum olim Pełczyński legata missas octo per octavam Omnium Sanctorum. Secundo 2 millium flor. Polon. per vblem Bębnowski clericum legantem duas missas quolibet mense, videlicet unam pro animabus domus Bębnowscianae, alteram pro vivis et defunctis eius nominis et domus. Tertia 1 mille flor. Polon. legata per nobilem Annam Wietnicka missas quatuor in anno absolvat assignavimus. Respectu vero censuum a reliquis summis provenientium rdum promotorem concernentibus, siquidem nullae sunt certae expressae obligationes, proinde quatenus idem rdus promotor devotionem rosarianam promoveat, votivas cantatas diebus sabbathinis de Beata Maria Virgine, tum festis primae et secundae classis Beatissimae Virginis Mariae atque qualibet dominica prima cuiuslibet mensis, ac in festis sanctorum Dominici et Hyacinthi pro fundatoribus et benefactoribus rosarianis decantet, contiones in festis Beatissimae Virginis Mariae et Nominis Iesu habeat, rosarium cum confratribus rosarianis diebus festivis et dominicis horis consuetis mane et vespere per se, sive per alium, decantari faciat. Praetera officium defunctorum unius nocturni sum laudibus ac missam cantatam pro animabus fundatorum, confratrum ac consororum eiusdem confraternitatis rosarianae immediate post festum, vel sequenti die Beatissimae Virginis Mariae Rosarianae (si non fuerit impeditus duplici aliquo festo) absolvat, statuimus, ac ad absolvenda praemissa sub vinculo conscientiae obligavimus. Ius patronatus ad praedictam praebendam rosarianam praenobili magistratui civitatis Zamoscensis reservavimus, ad quam semper praeferendus erit ex nativis civitatis Zamoscensis, sive ex reliquis civitatibus in dominio ordinationis Zamoscensis reperibilibus, idque in fundamento privilegii primaevae fundationis civitati Zamoscensi collati. In defectu vero talis personae bene meritis de ecclesia collegiata Zamoscensi praentandus erit decrevimus. cuius merita per Nos et per nostrum officium cognoscenda daclaravimus. Ab altera vero sorte summarum per Nos in ornamento et decorem capellae rosarianae divisa et quidem a summis: prima 500 flor. Polon. superius numero primo posita, super horto vacuo quondam famatorum Sokołowskich; secunda numero 5to posita super horto Tyszovienciano ad praesens successorum Domaradcianorum flor. 500 Polon., tertia 1000 flor. Polon. super lapidea quondam Dabzoviana in post Ziomacciana ad praesens Małecciana, quarta sub numero 13 super fundo vacuo Romańskich, quinta sub numero 14 — 500 flor. Polon. super campis Lubeccianis, sexta numero 15 — 300 flor. Polon. super

Graviter accepimus peragi capitula et consilia cito et perfunctorie, ac ideo personas capitulares peregrinas esse in statutis, decretis et negotiis, tam suae communitatis quam aliarum huic ecclesiae collegiatae adscriptarum et subordinatarum, comperimus. Ordinamus igitur et statuimus, ut attenta necessitate regulandorum statutorum et recapitulatione decretorum, deinde tractatione materiarum et inductione resolutionum ad acta capitulariter faciendis, tampus saltem quinque dierum capitulis generalibus concedatur, ea distinctione condita, ut per triduum detur locus negotiis mere communibus capituli et ecclesiae concludendis, biduum vero audientiis et negotiis communitatum adseiunctarum, ut sunt (vicarialia, mansionaristica, seminaristica, confraternitatum, psalteristica, musica, hospitalium, poenitentiariorum et capellanorum) tribuunt. Tractentur vero negotia cum hac regula, ut puncta antequam resolvantur, praecipue graviora anticipentur, maturae deliberationi votantium communicantur, neque aliter sessiones capitulares terminantur, nisi descriptis diligenter conclusionis per fidelem secretarium actorum et subscriptis in libro per praesidentem capitulariter actis. Quia vero in scrutiniis devenimus ad gravem perfidiam personarum nonnullorum, quod secreta capituli in odium votantium saecularibus, etiam praecipue aulae Zamoscensis serviliter prodant, Nos pro posse cupientes obviare huic fermento malitiae et praxi atque securitati consiliorum et votantium prospicere, mandamus, ut omnes et singuli praelati et canonici conclave capituli intrantes semper in accessu ipso, sive ad generale sive ad partiale capitulum convene-

rint, iuramentum super servandis secretis eiusdem consilii et capituli ad s. Evangelium renovent et iterent. Quo si autem de propalato secreto aliqua fama et suspicium oriretur, serio in sequenti capitulo proditor perquiratur omensque in consensu tacito pectore iurent [505]] nemini id propalasse, nec scire proditorem. Detectus nihilominus aliquo casu proditor tanquam periurius a voce activa et passiva a capitulo et stallo pluralitate votorum excludatur ad annum, nisi gravitas materiae suadet privationem, nam tunc cum proditore actis in consistorio nostro generali instituatur. Pariter procedendum esse in capitulo generali cum iis capitularibus, qui se praetextuose a consiliis in materia odiosa ob respectum personarum, vel timorem vanum atque scitu et consensu capituli subtrahunt, delegationes et commissa sibi negotia, aut subterfugiunt, aut sincere ac fideliter non exequunt, aut quomodolibet unionem fraternam in sortes procidunt et effectum negotiorum ecclesiasticorum per negligentiam, vel per affectationem praepediunt; decrevimus partialia idem capitula in negotiis perimentibus ecclesiae et communitatum, salva approbatione generalis capituli, peragi per residentes toties quoties opus fuerit, iustum et necessarium reputamus, modo illa in praeiudicium generalitatis non convertantur, sed in gravioribus absentes etiam extra Zamoscium per seniorem praelatum vel canonicum residentem, aut per procuratorem generalem, literis convenientur. Absentes vero cursori significanti viales solvant, sive illi avisati venerint, sive non venerint pro eodem partiali capitulo. Literae autem innotescentiales sive intimatoriae brevibus, sine specificatione materiae a convocante conficientur, subscribantur, verbi gratia: Intimatur praesens capitulum partiale omnibus et singulis praelatis et canonicis ecclesiae collegiatae Zamoscensis in negotio gravi capitulariter exponendò, pro die N. et hora N. Praesidens N. absque sigillo capitulari. Cursori ad deferendum intra, et si opus fuerint et extra Zamoscium, tradantur, subscribatque cursor a tergo, quos arivaverit, ut constet de subterfugientibus et absentibus a consiliis boni communis.

De absentia canonicis.

Reperimus in hoc actu visitationis generalis signanter tres canonicos continuo ab ecclesia et capitulis generalibus absentari, scilicet: illustres adm. rdos Iosephum Węgier [3], Thomam Karwosiecki [4] et Victorinum Pawłowski [5], ut nec ad visitationem nostram et scrutinia communia comparuerint, nec Nobis, nec vbli capitulo rationes absentiarum suarum bonis testimoniis legitimaverint. Proinde canonice eosdem praedictos canonicos monemus, quatenus obsequiis ecclesiae collegiatae et capituli non desint in futurum aut conscientiis suis tempestive [s. 506] ante processuum, quoad privationem formandorum per resignationem consulant. Praecipimus autem vbli capitulo eiusque generali procuratori procedi contra tales iuxta legem in casu non emendationis iniungimus. Licet vero canonici Karwosiecki ob debita a variis creditoribus con-

---

[3] *Józef Węgier ukończył kolegium jezuickie we Lwowie, filozofię i teologię w Zamościu, od r. 1735 wykładał tamże filozofię i teologię, ortografię, a następnie analogię (1736). Doktorat artium i filozofii otrzymał w 1739 r., po czym wykładał historię (1742), prawo kościelne (1746). W r. 1738 został kanonikiem zamojskim, w r. 1759 zrezygnował z profesury w Akademii Zamojskiej. Wiadomość o profesorach s. 53 n., 203 n.*

[4] *Tomasz Karwosiecki, zob. dokum. nr 109 przyp. 6.*

[5] *Wiktoryn Pawłowski, bakalarz artium i filozofii, wykładał na Akademii Zamojskiej ortografię (1749), następnie gramatykę (1750), poezję (1751), retorykę (1753), logikę (1755), prawo cywilne (1760), a następnie polskie (1762). W r. 1757 został kanonikiem zamojskim. Zmarł w 1785 r. Wiadomość o profesorach s. 59.*

tracta, Pawłowski autem ob retenta ex calculo suo procuratoriali et varia alia debita ecclesiae et civibus Zamoscensibus exsolvenda, fructus praebendarum suarum canonicalium per submissiones suas in sequestrum posuerunt et invadiaverunt, quod dolendum in hoc communitate ecclesiastica contigisse novum ac turpe cognovimus, sciant tamen aberrati se per patientiam nostram relevatos esse, dispensatos non esse debitis obsequiis ad quod Deo et ecclesiae huius praestendum iure fundationis deessent, quinimo illas diligentiori animadversioni vblis capituli subiungimus et donec Deo et ecclesiae et hominibus prompte satisfacere curaverint, pro inhabilibus ad officia et beneficia hactenus declaramus et insistendo monitioni canonice in decreto reformationis ab illmo olim Valentino Wężyk praedecessore nostro iam appositae utraque dupla monitione canonica monemus.

De revisione et administratione b o n o r u m.

Bona stabilia huic ecclesiae et capitulo servientia ex primaeva erectione pientissimi fundatoris magni olim Ioannis Zamoyscii supremii Regni cancellarii et exercituum ducis [6] libenter data comperimus, alia decanalia pro decano et vicariis decanalibus, ut sunt bona Matcze [7] cum attinentiis et bona Sułowek [8], alia pro scholastico concionatore, quatuor canonicis et quatuor vicariis canonicalibus, ut sunt bona Chmielek [9], Rakówka [10] et Zawadka [11], alia custodialia pro custode ecclesiae destinata, ut est Branewka [12]. Quia tamen revisionem horum bonorum praecipue bonorum Matcze et Sułowek stante possessione perillis moderni decani, licet ex actis capitularibus et scrutiniis didicimus assignatum fuisse, nondum extitisse effectuatam idque non culpa delegatorum ex capitulo, sed potius declinatione perillis decani, per famam publicam acsi de sylvarum desolatione inculpati, percepimus. Bona nihilominus Chmielek per perillem Melchiorem Kochnowski archidiaconum Chelmensem et custodem Zamoscensem [13] ac illustrem Valentinum Smarzyński canonicum [14] delagatos, item custodialia villa Branewka per perillem Balthasarum [s. 507] Dulewski cathedralem Chelmensem et Zamoscensem ad praesens scholasticum [15] fuisse ex mente capituli et quoad eorum statum ab aliquot annis perlustrata comperimus. Proinde statuimus ab hinc, ut sąltem quolibet triennio vble capitulum revisionem praefatorum bonorum fundationalium omnium per suos delegatos exacte faciat, meliorationemque illorum vel deteriorationem describi et actis connotari sub poena compensationis damnorum ex ne-

---

[6] *Jan Zamoyski, zob. dokum. nr 1 przyp. 2.*

[7] *Matcze, zob. dokum. nr 1 przyp. 5.*

[8] *Sułówek, zob. dokum. nr 41 przyp. 20.*

[9] *Chmielek, zob. dokum. nr 6 przyp. 9.*

[10] *Rakówka, zob. dokum. nr 6 przyp. 10.*

[11] *Zawadka, zob. dokum. nr 41 przyp. 12.*

[12] *Branewka, zob. dokum. nr 6 przyp. 7.*

[13] *Melchior Jan Kochnowski, doktor filozofii i obojga praw, powołany na profesora Akademii Zamojskiej (1739), wykładał początkowo poetykę (1749), a następnie retorykę (1743), wymowę (1747—1750), prawo polskie (1751—1753), a w latach 1758—1782 prawo kościelne. Pełnił też obowiązki dziekana, kwestora, kilkakrotnie rektora i prokanclerza (1773—1784) Akademii. W r. 1745 został kanonikiem, a następnie kustoszem (1765) zamojskim i archidiakonem chełmskim (1762). Przez dłuższy czas pełnił obowiązki oficjała generalnego chełmskiego. 22 X 1775 został konsekrowany na biskupa pomocniczego w diecezji chełmskiej. Zmarł 3 IV 1788. Wiadomość o profesorach s. 55—57; St. Tworek, Kochnowski Melchior Jan. W: Pol. słow. biogr., t. 13 s. 217 n.*

[14] *Walenty Smarzyński, zob. dokum. nr 115 przyp. 2.*

[15] *Baltazar Dulewski, zob. dokum. nr 94 przyp. 1.*

glecta revisione emergentium, nom obstante renitentia vel subterfugio, curet et renitentes seu subterfugientes loci ordinario deferat. Quia vero Nobis innotuit praedicta bona deteriorationem potissimam passa esse in sylvis et aedificiis et in subditis, cum per contractus arendatorios personis saecularibus pro arbitrio possessorum dimitterentur, ideoque inhibemus iisdem praelatis et canonicis eorundem bonorum possessoribus et administratoribus, quatenus personis non ecclesiasticis ad vitanda ob iurgia haecce bona ecclesiastica numquam dimittere, nisi spectata evidenti bonorum utilitate, audeant, consensumque specialem ad contrahendum loci ordinarii et vblis capituli generalis ante omnia procurent, sub nullitate contractus et poenis contra inobedientes statutis demandamus. Quoniam tandem contentiones aliquoties exortas fuisse inter vicarios et scholasticum ac canonicos fundi Chmielek occasione administrationis bonorum et quantitatis salarii, ita ut licet iam per iustitiam illmi olim Valentini Wężyk praedecessoris nostri et complanationem partium liberam ab eodem illmo praedecessore nostro approbatam, sospitae fuerint, nihilominus et coram Nobis per eosdem vicarios ex quadam saecularium mala suggestione cum laesiva pie defuncti praedecessoris nostri et canonicorum circumscriptiones resuscitatae apparuerunt. Proinde Nos spectata primaeva erectione ecclesiae, in qua regimen praelatis et canonicis, tam in ecclesia quam in bonis eiusdem, alias capitulo non tamen vicariis praescriptum est et permutatis vel alienatis eorundem bonorum solis praelatis et non vicariis ibidem a sapientissimo fundatore prohibetur. Spectato idem inmemorabili usu continuo et praxi communi, quae est optima legis interpres, quod vicarii numquam cumulativum regimen in bonis fundationalibus cum praelatis et capitulo habuerunt, praeter salaria, quae ipsis per administratores bonorum canonicos perpetuo pendebunt, non obstante distantia [s. 508] a literis et lege erectionis donatione civili, quae praedicta bona Chmielek, neque in sustentatione scholastici et canonicorum, nec non vicariorum canonicalium in castro Lublinensi cedit et donat, siquidem donatio aequivalet patri et filio servire, non tamen aequale regimen bonorum simul utrique competere potest, atque vicarii canonicales non propter se, sed in gratiam canonicorum in choro ad labores academicos avocatorum per pientissimum fundatorem in vices chori canonicali suppllendas, indulgentia summis pontificis Clementis VIII [16] sunt superaddicti iure, merito concordatum inter partes tanquam iuri conforme et ab illmo praememorato praedecessore nostro super regimen bonorum et quantitate salarii ac residentia canonicali pro vicariis destinata, aliisque punctis in toto iterum authoritate nostra ordinaria approbamus, confirmamus perpetuumque silentium hac in parte rdis vicariis canonicalibus fundi Chmielek sub poena centum imperialium a quolibet pro fabrica ecclesiae persolvendorum imponimus, administrationem vero bonorum Chmielek iuxta possessionem eiusdem fundi, sive vbli capitulo debere, competere denuo declaramus et statuimus.

De iure et obligatione praelatorum f o v e n d i v i c a r i o s.

Iure erectionis primaevae obligari decanum ad fovendos vicarios circa ecclesiam collegiatam quinque, duos ex bonis Matcze, tres vero ex proventibus beneficii parochialis Szczebrzeszynensis [17] in subsidium decanatus incorporati comperimus. Licet autem ex statutis antiquis vblis capituli Zamoscensis de

[16] *Klemens VIII, papież, zob. dokum. nr 4 przyp. 1.*
[17] *Szczebrzeszyn, zob. dokum. nr 6 przyp. 13.*

officiis et obligationibus decani edocemur, ab initio morem fuisse quatuor tantum vicarios per decanum foveri, de quinto autem controversia loci ordinario pro tunc existenti subiecta erat, ad decidendum. Cum tempore tamen tantum duos conservatos esse a decanis demortuis informamur, modernus autem unum vicarium ab aliquot annis in eadem ecclesia conservat, propter allegatam diminutionem proventuum et avulsa bonorum decanalium, quae causa siquidem ad forum contentiosum ad instantiam rdorum vicariorum canonicalium et illmi dni haeredis ordinati, tanquam ecclesiae patroni interveniente, ab aliquot annis deducta est, tamque in distincto decreto nostro spectanda erit. Idcirco his frustraneum esset rem iterare eandem, quia tamen vicarii decanales praecipue duo, ut ex contextu erectionis collegiatae ecclesiae de alendis duobus vicariis constat, existerant ante eiusdem ecclesiae collegiatae erectionem cum praeposito sive parocho ad curam animarum in parochia Zamoscensi gerendam [s. 509], intuitu cuius grossi Pragenses inter fora civitatensia computati per fundatorem ab incolis et parochianis favore operariorum in cura animarum praescripti sunt et non praestantur ex domibus, nec ex araturis parochianorum aliquid decimatur, prout ad Nos quaerelae super hoc perlatae sunt. Proinde obligationem muneri in persona perillis decani conformiter ad anteriora decreta reformationum, specialiter contra parochianos suos, iure agendi et vindicandi declaramus. Siquidem in hoc puncto iura expressa earum Nobis in causa praetextu vicariorum fovendorum nondum produxit, non est opportuit cives et parochianos adcitavit. Deinde scholasticum et canonicos quatuor fundi Chmielek obligatos esse ex iisdem bonis quatuor vicarios suos fovere et salariare, prout constanter ab antiquo per eosdem usque hodie circa ecclesiam eandem foventur et salariantur. Quia vero moderni vicarii quatuor in aequa lance cum decanalibus vicariis in erectione quoad ius vocationis suae ad vicariatum et conservationis positi, non contenti quod per revisionem officiorum canonicorum suorum sive praesentationem ad ordines et ecclesiam vocantur et promoveantur, non minus ac vicarii decanales vocarii et promoveri ab origine solebant et solent, sed ob aequalem in bonis Chmielek fundationem aequaliter cum suis canonicis per praesentationem promoveri ab illmo collegiatae patrono iterato cupiunt et non sine perturbatione pacis ecclesiasticae, inde pendentiam quondam et excussionem iuris canonicalis aemulantes quaerunt, nec sententia illmo olim Valentini Wężyk episcopi praedecessoris nostri super hoc iure praetenso Skierbieszoviae[18] anno 1764 circa concordatum partium ad lites dirimendas apositae acquiescunt. Nos igitur licet praerogativas omnes illmorum haeredum ordinatorum etiam hac in parte praesentationis vicariorum collegiatae parati essemus, pro qua Nobis literae donatoriae bonorum Chmielek anno 1600 in castro Lublinensi per pientissimum fundatorem factae, cum reservatione iuris patronatus ad canonicos et vicarios fundi eiusdem pro se et suis successoribus insinuatae sint, sed quoniam negotio huic etiam Nos explorato ex actis nullum ab origine fundationis statum praesentationis vicariorum ab illmis praedecessoribus ordinatis deteximus, prout praesentationes praelatorum et canonicorum eiusdem fundationis deteguntur factae ab iisdem [s. 510] illmis ordinatis patronis reperiuntur, per quod convincimur impossibile esse, ut lateret patronos ius praesentandi vicarios ex eodem fonte, ex quo fonte praesentabant praelatos et canonicos, et nihilominus dum iure suo uterentur quoad praelatos et canonicos, eodem iure

[18] *Skierbieszów, zob. dokum. nr 16 przyp. 3.*

suo quoad vicarios nunquam usi sunt, nec plurimae visitationes generales ecclesiae collegiatae in decretis suis reformationis aliquam super hoc quaerelam ab illmo patrono vel vicariis audierunt vel resolverunt. Nec insuper iudicium capituli pro promovendo ad beneficia. in erectione praesentatum aliquando pro vicariatu illmis patronis dabatur, nec ab iisdem patronis requirebatur. Immo cum decanales vicariatus ex eadem erectione collegiatae debiti vacarent pariter, prout et duo vicariatus arcenses dicti hactenus vacant, illmi ordinati ad eorum praesentationem non se ingesserunt. Praeterea censemus illmos patronos ab initio erectionis et donationis bonorum cessisse iuri suo quoad viariatus conferendos et vicarios providendos favore capituli seu praelatorum et canonicorum tanquam eorum, qui suos adiutores aptos et idoneos cum utilitate ecclesiae quaerere, probare et salariare debent. Ac stante pro praelatis et canonicis usu immemorabili atque alteris saeculi praescriptione iudicamus illmum praedecessorem nostrum suprememoratum bono iure eosdem praelatos et canonicos fundi Chmielek circa possessionem conservasse, quos etiam et Nos, attenta maiori ecclesiae utilitate, pace et cleri minoris necessaria subordinatione, conservamus, confisi in Deo ac pietate illmi dni moderni haeredis ordinati palatini Podoliae, quod hanc onerosam in conscientia vicariorum ad curam animarum et chorum vocationem et collationem non effectabit, sed ecclesiam collegiatam suam, qua etiam iure communis non excluditur a simili vicariorum suorum provisione in paritate cum aliis collegiatis more suorum praedecessorum relinquet, dummodo decanus, scholasticus et canonici non deficiant in obligatione providendi in tempore ecclesiae et choro idoneos pro se vicarios.

De praesentandis ex iudicio capituli.

Perspeximus etiam vble capitulum habere ius et obligationem ex erectione ecclesiae collegiatae ferendi iudicii pro subiectis ad praesentationem illmorum dnorum haeredum ordinatorum promovendis ad beneficia eiusdem collegiatae et alia curata intra dominium ordinationis Zamoscianae sita viris academicis, nec non vicariis affecta. Quod ius intelleximus [s. 511] illmum perspicacissimum fundatorem reliquisse ad avertendum damnum ecclesiae et animarum, ne alias minus digni praesentarentur, seu alias alia de causa vocarentur, secus si negligentia in praesentando intervenisset, ut episcopus Chelmensis iudicio capituli delecto viro sacerdotium conferret. Cum autem dioecesim nostram beneficium Mokrolipense [19] curatum cum damno animarum vacet et legitimo caret ecclesia pastore, proinde monemus vble capitulum, ut ad regendam illam desolatam et orbatam ecclesiam proponat iudicio suo subiectum ad praesentandum illmo dno patrono necessitatique et paupertatem illius beneficii sibi affecti officialiter exponat. Deinde ex actis capitularibus didicimus iterari et variari iudicia in deterius. Siquidem illustrem canonicum Wagner [20], non obstante incompatibilitate eius canonicatus inter candidatos ad beneficium curatum fuisse in capitulo computatum et relictis emeritis viribus promotum, cui promotus retentionem et dispensationem super incompatibilitate sua elabente iam anno coram Nobis non producit nec comparet. Idcirco vblem capitulum in Domino adhortamur, ut postposito omni affectuatione in iudiciis fe-

[19] *Mokrelipie, zob. dokum. nr 76 przyp. 4.*

[20] *Maciej Franciszek Wagner, doktor filozofii i obojga praw (1784), początkowo pracował w kolonii akademickiej w Olyce (1757) a następnie wykładał w Zamościu poetykę (1761), logikę (1763), fizykę (1765), prawo polskie (1769). Kanonikiem zamojskim został w r. 1765. Zmarł 31 III 1800. Wiadomość o profesorach s. 62.*

rendis diligenter sit, maturitatemque et iustitiam servet, alias culpa in praesentando in suam communitatem redundat. Interea illustrem canonicum Wagner, licet hactenus patienter in beneficio curato toleravimus, monemus eundem, quod si in determinis adhuc trium mensium ab actu publicationis decreti praesentis dispensationem Sedis Apostolicae non produxerit, ecclesiam seu beneficium ab initio ipso iure vacans iam ex nunc pro vacanti declaremus, et alteri ex delectione per iudicium capituli viro supplendo negligentiam in erroris correctione, vigore ipsius erectionis, conferemus, nisi canonicatui suo renuntiare noluerit.

De authoritate capituli et uniformitate in ecclesia.

Intelleximus deinceps minorem clerum levipendere monita maiorum seu capituli et tam personas capitulares in choro et conclavi capitulari difformi habitu absque reverentia loci et connexus apparere, quam alios minores de clero familiariter ad praelatos et canonicos ipsumque capitulum accedere et aliquando contendere. Quod autem familiarius est per ecclesiam, stalla et confesionalia in saecularibus paliis, vulpineis, lupinis, ursinis, pileisque paribus saepe saepius consedere et reverentiam domus Dei atque eius praepositorum minus habere. Hortamur igitur imprimis perillem decanum, a cuius inspectione proxima haec omnia pendet, quatenus maioritatis et obedientiae iure exacte sustineat et decentiam [s. 512] cleri in ecclesia inculcat uniformitatemque habitus, a sacris canonibus praescriptam, praecipiat et contra spiritus huius saeculi spiritu apostolico agat, ut in capite suo sentiant membra residere authoritatem Christi. Tanto magis membra cum capite unita et in capitulum adunata eidem monitioni nostrae, uti parcant volumus, et ad vitandam vilipensionem praelati et canonici graviter se tanquam exemplaria minoris cleri ubique gerant. Maiores minoribus iuxta monita dantes, fraternae charitatis non obliviscantur. Contemptores autem personarum et monitorum capitularium in faciem capitulariter aeque cum his, qui decretorum capitularium contemptores et non executores deprehendantur. Uniformitas autem habitus choralis, canonicalis et clericalis in ecclesia, stalla, processionibus iuxta temporum stationes servetur, nullusque capitularium in stallo ecclesiae vel capituli sub tempus devotionis aut consilii non superpelliciatus audeat consedere, nec mantolletorum usu per loca et domos saecularium aut in deambulationibus suburbanis abutantur, scientes, quod ea quae ad chorum serviunt ad forum non expediunt. Signanter vero animadversio capitularis fiat in eos, qui in stallis et confessionalibus contra reverentiam loci et sacramentorum atque officiorum divinorum paliis pelliceis superpelliceum suum et pallis saecularibus viatoriis, capita sua cooperire in hieme praesumant, et sive illi canonici sive vicarii et capellani fuerint mulctis condignis arceantur.

De archivo capituli.

Satis mirari non possumus disordinem et negligentiam, quod vble capitulum procuratorem generalem canonicum habeat, nullum autem locum actorum et munimentorum secure conservandorum teneat, bibliothecamque ipsam libris rotalibus olim refertam direptioni et corruptioni exponat. Proinde statuimus, quatenus destinato loco intra ecclesiam securo pro archivo, omnia iura fundationalia ecclesiae et praebendarum quarumvis, documenta originalia et authentica vble capitulum de manibus particularium personarum recipiat et mediante iuramento fidelem comportationem eorundem iurium, actorum et decretorum iniungat, summarium receptorum et comportatorum confici faciat, atque constituto speciali et iurato ex capitularibus archivii et actorum custode simul-

que bibliothecario, eadem iura diligentius, edoctumque quanta damna in iuribus per incendium antiquis domorum haec ecclesia passa est [s. 513], securis inter muros sub clavibus asservari, procuratoresque generales ad ordinate tenendum archivum et regestrandum compelli curet, ordinamus. Bibliothecamque sacram restabiliri et integre conservari, aut si inutilis videatur et locus illi aptior daretur, Bibliothecae Academicae sub regestro, salva communicatione librorum ad usus ecclesiae uniri praecipimus, in eo autem loco, ubi nunc libri asservantur, seu capella armaria pro archivo iurium provideantur.

De fabrica ecclesiae et aedificiorum.

Non minus admirati sumus fabricam ecclesiae huius collegiatae ab initio fundationis non esse completam, locum enim distinctum sacristiae nullum et turrim pro campanili ab aliquot annis captam huc usque non consummatam cum damno, dedecore habet, et ea, quae pro campanis duplex contignatio murorum a fundamentis elevata conspicitur, subsecuta esse ex summa quandam capituli sex millium a quodam saeculari benefactore donata, nec non ex retentis variis ecclesiae censibus in thesauro ordinationis, continuata esse dignoscitur, prout et nonnulla tectorum ipsius ecclesiae atque substitutae ecclesiae restauratis ex iisdem censibus variorum ecclesiasticorum per gratiam illmi dni Ioannis Zamoyski [21] olim tutoris, nunc haeredis ordinati in rem fabricae restitutis, subsecuta esse, per deputatum quondam gnosum Kawe arcensem architectum ex regestris colligitur, nec non quondam pars eorundem retentionum censuum in ampliationem ac restaurationem domus muratae originaliter canonicalis fundi Chmielek, nunc etiam vicarialis conversa esse deducitur. Nos igitur animadvertentes, quod complementum fabricae ecclesiasticae multa desideratur nullaque massa et fundus certus pro continuatione et conservatione eiusque fabricae aliarumque fabricarum in capitulo reperitur, multa spe in Domino confisi et in beneficentia illmi dni ordinati patroni, quod dum per suam pietatem aliis ecclesiis benefacere non cessat, etiam huic matrici ecclesiarum Zamoscensium per suam iustitiam manum suam liberalem porrigat et ea, quae ad complementum materialis fundationis desiderant, pro gloria sui nominis fundatricii suorumque praedecessorum perficiat. Obsecramus vble capitulum et hortamur in Domino, ut non desinunt deprecari Maiestatem divinam pro conservatione longaeva illmi sui patroni modrni eiusque lectissima conserte et familia domus, nec simul erubescant frequenter frequentius pulsare ad officium, eius gratia et sepulchra maiorum suorum eiusque fabricae consummationem accelerare dignetur. Quod tanto firmius speramus, quanto certo certius scimus, qui etiam [s. 514] ad fabricam hospitalis pauperum circa ecclesiam collegiatam ac certis summis retentis apud praepositum hospitalarem atque decreto officii nostri generalis liquidatis et assignatis inchoatam. Denique fidem illmus dnus patronus et fundator respexit consummationemque eiusque fabricae hospitalaris ex thesauro suo fieri ordinavit. Cui etiam patrono Nos ipsi nomine pauperum gratias facimus et benedictiones coelestes apprecamur.

Quod autem summum istius ecclesiae dedecus observavimus ex defectu fabricae et servatoris, hoc est quia omnia supellex lignea et varia utensilia reponantur intra ecclesiam sub choro, cum variis asseribus et arcis. Percepimus vero, quod antiquitus prope caemeterium erat remissorium seu receptaculum constructum pro his rebus asservandis et recondendis, sed hoc perillis

---

21 *Jan Jakub Zamoyski, zob. dokum. nr 122 przyp. 9.*

modernus decanus ampliando sua aedificia disiicere et tollere cum aliis mansionariorum domunculis fecit. Quocirco mandamus perilli moderno decano Alexandro Trembiński, quatenus aliud aedificium pro reponendis his utensilibus ecclesiae necessariis per iustitiam construi et restitui curet, vel sub moderno campanili murato, ad excludendas etiam ibidem faeditates, cameras claudi ac intra eas repositorium fieri faciat. Licet autem vlbe capitulum ex dispositione arcensi plures census ecclesiasticos ad rem fabricae convertit, sciat tamen id absque authoritate loci ordinarii illegitime factum esse, similiaque in futurum sub poenis gravibus vitet et de praeteritis perquirat, num aliquae missae et obligationes, stante retentione censuum, non fuerunt intermissae, nam has suppleri tanquam suffragia animarum non obstante conversione peculii pro fabrica debere, declaramus. Praecipue autem suppleat ex super existentibus retentis apud illustrem Victorinum Pawłowski canonicum Zamoscensem, quod autem a supplemento missarum supersit, pro apparatu sacristiae ad communem cleri et sacrificiorum usum convertatur.

Quantum ad fabricam domus vicarialis.

Ex domo canonicali fundi Chmielek conversa vble capitulum iuxta recessus et decreta in actis capituli eandem fabricam et domum ne pessumdetur curet et introspectionem, ut decet, cum perilli dno decano, tam eiusdem domus quam inhabitantium communem atque diligentem habeat, per id tamen concordata et obligationes inter illustres canonicos et vicarios fundi Chmielecensis minime volumus irritari, sed salva esse debere et non obstante, quod regimini et inspectioni vblis capituli haecce domus subiecta sit declaramus. Quando enim haec domus [s. 515] communi habitationi vicariorum non tantum canonicalium, sed etiam decanalium ad stabiliendam praecipue mensam communem praesignata et destinata sit, iustum est, ut vble capitulum canonicorum cum perilli decano huic collegii vicariali praesit, sicut in ecclesia praeest, habeat attendentiam super integritate et honestate tam residentiarum quam personarum. Quia vero favore istius fabricae restaurandae illustres canonici Chmielecenses contribuerunt et ad mensam communem aperiendam denuo ex sortibus suis contribuent, restat ut perillis decanus intuitu suorum vicariorum fovendorum et pro iustitia et pro pietate favore istiusmet fabricae stabiliendae et conservandae exemplo aliorum ac abundantius contribuat, quod absque nostro compulsu illustrem futurum in Domino speramus. Ut autem dispositionibus et quaerelis de conservatione fabricae huius collegii, ut sunt fundamenta, parietes tuta restauranda vel reaedificanda a providentia vblis capituli seu praelatorum et canonicorum pendeat, pro qua canon aliquis seu census pro conductione cubiculorum seu mansionculorum a personis ecclesiasticis tantum locandis, quae collegium vicarium Chmielecensium non intrant, constituatur et exigat cum mulctis simul conservetur, ac pro fabrica convertentur, quos usque maior pondus per Dei providentiam et benefactorum liberalitatem accesserit, minor autem fabrica, ut est fenestrarum, forium, formacum, caminorum, claustrorum et id genus destructis, atque culpa inhabitantium deterioritatis a cura et reparatione uniuscuiusque vicarii possidentis omnino dependeat, ut sic integritati et munditiei domus prospiciatur, immo ab inhabitantium cura pondeat nivium ex tectis deiectis, ut canalium vulgo rynwy expurgatio, per negligentiam enim inhabitantium oculis nostris vidimus, a quas nivium per canales et tecta penetrasse ad mansiunculas vicariales et cum damno fabricae atque sanitati humanae pavimenta superiora et inferiora corrupisse. Qua deinde accepimus culpam esse architecti in murorum principalium et tectorum

penultima reaedificatione multosque defectus et scissuras grandes apparere. Ideoque vble capitulum hortamur, ut cum successoribus gnosi Kawe demortui architecti ceptum negotium ratione calculi et damnorum eiusdem fabricae prosequi et perficere non intermittat. Regestraque omnia perceptarum et expensarum pro fabrica ecclesiae et eadem domo nec non pro campanili facturum recipi in archivo conservari et authoritati nostrae ordinariae [s. 516] ad iustificandum reproduci indilate curet, demandamus. Quod etiam et de fabrica hospitalis perceptis atque expensis serio praecustodimus et procuratores fabricarum sive ordinarios sive surrogatos praemonemus.

De reliquis aedificiis ecclesiasticorum.

Reperimus etiam superextare antiqua aedificia in sanctuario ecclesiae inter domos ac aedificia perillis decani, nec non custodis consistentia. Unum quod ab adm. rdo seniore vicariorum et praebendario Ssmae Trinitatis, alterum quod olim a Prochniewicz custode[22] ecclesiae tenebatur et possidebatur, hactenus ob antiquitatem et non conservationem proximae ultimae ruinae subiecta et summo periculo incendiis exposita, in quibus personae saeculares partim ministerio ecclesiae servientes, partim extraneae pauperes collocantur. Nulli autem curam reaedificationis et conservationis eorundem aedificiorum inesse, sed minorem clerum ex affundatis et ministros ecclesiae alios conquaeri audivimus, quod non habeant ubi caput reclinent. Quoniam igitur vble capitulum varias affundationes ab anitquo ad ecclesiam admissit, nec tamen susceptionem affundationum curet et providit, de collocando clero affundato et aedificiorum conservatione, statuimus quatenus culpam suam ferat et a procuratione harum domorum se non subtrahat, attendatque affundatis, ut domos sibi ad habitandum sanctuario concessas conservet, et ultimae desolationi non relinquat, alies de proprio supplere debet, ob ipsa iura patronatus. Quod etiam de aedificiis praeposituræ s. Nicolai ac mansionariorum intelligendum esse, tum de praesidentia residentiarum poenitentiariis vel cantoribus, synaxistis et musicis censendum esse iudicamus. Quia vero pro reparatione domunculae adm. rdi senioris vicariorum certa summa decreto officii nostri generalis contra adm. rdum Antoniewicz[23] desolatorem eiusdem domunculae adiudicata est, vble capitulum attendat, ut haec portio pro eadem reparatione per adm. rdum modernum seniorem convertetur, quod etiam adm. rdus SS. Trinitatis promotor et praebendarius pro parte sibi respective in hoc aedificio servienti fieri curet ordinamus. Nihilominus si adm. rdus senior modernus, quod congruum est, inter communitatem collegii vicarialis collocari voluerit, non secus collocetur, nec alias, nisi soluto canone pro mansioncula et pro mensa communi aequaliter contribuat, quod idem de aliis affundatis, sive praeposito s. Nicolai, sive praebendario SS. Trinitatis, sive aliis ecclesiasticis viris cavemus, ut nisi soluto canone et ad mensam communem contributione atque frequentia collocentur, ne alias culinae et loci aut familia diversa et difformis introducatur, sed domus illa collegii [s. 517] vicarialis uniformis sit. Et si qui collocari in ea voluerit ab uno procuratore et communi domus atque praefecto dependeant. Domunculae autem illae ligneae eo casu pro aliis ministris ecclesiae disponantur. Praepositus tamen s. Nicolai memor sit, quod in domo man-

[22] *Maciej Prochniewicz, doktor filozofii, profesor analogii (1659), kusztosz zamojski. Zmarł w r. 1664. Wiadomość o profesorach s. 42, 148.*

[23] *Ks. Antoniewicz, profesor kolonii akademickiej w Ołyce (przed 1753), odwołany przez kapitułę do Zamościa, wykładał tu filozofię i był seniorem kolegium wikariuszy. Wiadomość o profesorach s. 60, 232.*

sionariorum tanquam suae communitatis praefectus manere de congruo debeat, suisque mansionariis procurandis invigilare.

De communitate et massa vicariorum.

Quo ab initio desiderabatur, hoc per gratiam Dei ad praesens optima voluntate rdorum praelatorum et canonicorum pendentim ad effectum deduci, videlicet stabilimentum communitatis et victus communis rdorum vicariorum huius Insignis Ecclesiae Collegiatae conspicimus et gaudemus. Ad firmandam huiusmodi ecclesiasticorum communitatem et mensam praeter ea, quae superius de reparatione et aedificiis disposuimus, in Domino statuimus et vbli capitulo signanter autem perilli dno decano infulato exequendum demandamus:

1° Quatenus per delegatum ex capitulo status praesens materialis domus reaedificatae et restaurandae quoad omnes partes superiores et inferiores cum numero stationum et inventario clausurarum quorumvis, nec non utensilium communium exacte describatur. Cuius exemplar unum sit penes communitatem vicariorum, alterum penes capitulum asservatur.

2° Leges huius communitatis respective quoad ordinem massae praescribantur et approbationi nostrae subiiciantur.

3° Procurator massae communis distinctus a procuratore censuum et collectore avidentium constituatur et ad placitum seu vota communitatis saltem semel in anno eligatur, aut reeligatur praevioque calculo de perceptis et expensis mensae per communitatem in regestris quietatur.

4° Nulli cohabitatores, nisi qui pacifici essent et commensales esse et eisdem legibus parere vellent, intra domum admittantur, sexus autem muliebris prorsus excludatur, unaque muliere circiter sexagenaria et uno famulo ad ligna secanda pro foro conduci, ad aliaque communia obsequia custodiae domus opportuno seu uno coquo et uno custode famulo sint contenti.

5° Absentes a mensa sine causa et scitu procuratoris, excepta vera infirmitate, nihil participent, sed portio accrescat praesentibus vel pauperibus.

6° Pueros nullos in mensa communi teneant, praeter unum communem dispensatorem, qui etiam mensae fercula deferet et obsequia mensae praestabit.

7° Omnes de salariis suis vicarii 200 flor. per annum ad manus procuratoris mensae tempestive per quartualia enumerant, unde vicarii [s. 518] decanales saltem ad 400 flor. pro victu et amictu per perilles decanos salariantur cavemus; quidquid autem circa calculum boni procuratoris supersit communibus, id vel aequaliter inter omnes commensales restituatur, vel pro refectione utensilium refectorii et culinae convertantur.

8° Ordo consessus iuxta antiquitatem sacerdotii et stalli in choro ad mensam servetur, salva tamen rdi senioris, qui aliter vicedecanus dicitur, in quantum ad mensam contribuet praecedentia immo et decanalium vicariorum supra canonicales, si aequaliter ad omnia in ratione onerum et expensarum domus, cum suo perilli decano et patrono concurrent praelatione, et salva civilitate ad alios commensales per communitatem pro distintione personarum conservanda.

9° Benedictio et gratiarum actio mensae communis fiat et lectio sacra, spatio primi et secundi ferculi in refectorio per turnum adhibeatur, neoaccedentibus tamen vicariis hoc munus per unum mensem continuo incumbat.

10° Ordinatio eiusdem communitatis quoad alia iuxta decretum illmi praedecessoris nostri eiusque pro tunc delegati sub anno 1764 et 1765 descripta et facta integre observetur et reasumatur perpetuo volumus et remandamus,

multaque contra nolentes parere legibus mensae communis adiiciantur iniungimus.

De obligationibus rdorum vicariorum in ecclesia.

Informati insuper sumus sub tempus huius visitationis generalis rdos vicarios deficere in suis obligationibus mutui auxilii quoad curam animarum et divina officia. Proinde Nos defectu non debere perillem dnum decanum pati, sed eos in vicariis subito corrigere et sanare pro cura sua animarum directiva debet pronuntiamus. Si autem sunt defectus, quia dum unus currens ex turno abiit ad infirmum, eo absente alii vicarii ad alios plures infirmos vocati obligationem incurrentem retrudunt, disputant et retardant et faciunt pariter, dum uno vel plures sponsi ad confessionem accedere volunt, reliqui vicarii eos ad currentem et occupatum vicarium remittunt et angustiant et sic in aliis accidere audimus. Volumus igitur, ut a perilli decano et vicariis, ut dum currens, in actuali cursu administrationis vicarius vicecurrentiam suppleat in promptu ex ordine, ut si ultimus fuerit currens, vel vicecurrens, primus in ordine vicariorum senior sive alius liber pro tunc [s. 519] vicarius sequens vicecurrentiam sive vicecurrentias sustineat et sic deinceps servetur, nolentesque mulctis et poenis compellantur. Quod attinet ad chorum et reliqua, pro quibus pulsus anticipatione specialiter pro matutino saltem quadrante ante horam inchoationis praemitti debet et pro vesperis duae candelae minores accendantur. Praecipue dum hebdomadarius vicarius intonat et cantat cum cantore more parochiali vesperas superpelliceatus non in scamnis ecclesiae, sed in stallis presbyterii vicarialibus, prout intonationem in medio gradus chori ante altare faciendum sedeat, ac in eodem medio orationes decantet et perseveret ad finem completorii. Omnes etiam vicarii in solemnibus vesperis et horis canonicis, praesentibus praelatis vel absentibus, ad pulpitum cum versibus et responsoriis decantandis vel praecinendis et inchoandis more ecclesiarum collegiatarum accedere non erubescant; ex turno et obligatione hebdomadarius ex vicariis descendat ex stallo suo et in medio infra gradum chori cantet verbi gratia „iube Domine benedicere", „in manus tuas Domine" et similia, taliterque reverentiam et recumbentiam super stallis suis usitabunt. Dum autem praelati et canonici sub tempus horarum canonicorum die praecipue festo et dominicis reperiuntur, tunc et hi superpelliceati sive rocchettati in stallo non erubescant praecurrere antiphonam, adhibita stola, et orationem decantere iuvareque chorum. Hora autem canonica finita aut matutino, dum spatium temporis notabile intercedit, non descedatur ex choro, nisi „Sacrosanctae" dicto iuxta rubricas et in his allique caeremoniis sacris regentes seminarii et ladudabiles usus maiorum ecclesiarum consulatur et non vilipendantur. Caeroferii quoque thuriferarii, capparii, dalmatiatae iuxta ritum adhibeantur, nec ab his officiis rdi vicarii se subtrahant cum seminaristis, aut in solos seminaristas hanc obligationem retundant monemus et perilli dno decano, sive residenti cuipiam canonico seniori hanc regularitatem chori et divinorum iuxta superius dicta attendentiam, punctatori etiam in ordine mulcta significandam committimus et inculcamus.

De praecedentia in choro minori et obligationibus.

[s. 520] Conquesti sunt adm. rdi praepositus s. Nicolai et promotor SS. Trinitatis, quod non praeferantur in stallo et processionibus iuxta morem antiquum, vel saltem ipse ordo praecedentiae contra decreta disputatur. Proinde Nos sopiendo controversias eundem praepositum s. Nicolai, insistendo decreto

illmi Iosephi Szembek praedecessoris nostri [24], in praecedentia super praepositum hospitalium conservamus, id tamen iuvat, ut communitatem mansionariorum ex qua ipsi praerogativa haec exurgit praelationis re ipsa foveat, prout at praepositus hospitalarius communitatem pauperum curare et fovere tenetur, ne eorum tituli cum decessu communitatum decidant. Post hoc vero praepositus s. Nicolai et hospitalium locum teneat. Senior vicariorum et vicarii omnes tanquam curam animarum gerentes decanales et canonicales iuxta vocationem et antiquitatem respectivam sacerdotii sese consequantur. Deinde capellani seu promotores SS. Rosarii, SS. Trinitatis et capellanus literatorum atque poenitentiarius simplex subsequantur, demum mansionarii locum tenebunt cum reliquis altaristis ante clericos seminaristas, tandem seminaristae ante crucem in processionibus locum semper habeant. Candelis tamen de minori choro presbyterii nisi in funebri processione utantur, quas solis praelatis et canonicis deferre coram Sanctissimo fuit in usu et esse debet. Hunc ipsum ordinem in stallis sacerdotum esse et sub tempus thurificationum praescribimus, eo distincto, quod cum vicarii ex officio suo cantum in choro sustineant et praecentores agant, illi sub tempus horarum canonicarum et vesperarum proprius altari stalla cum suo rdo seniore teneant, a dextris et sinistris usque ad intermedia ostia stallorum canonicalium. Deinde vero presbyteri ad chorum non obligati, sed tantum ad assistendum divinis processionibus, vesperis, thurificationibus, aspersionibus ac reliqua stalla ordine occupant, ita ut incipiendo ab ostiis intermediis stallorum et chori praepositus s. Nicolai tenet dexteram et alter hospitalaris sinistram, deinde promotores, capellani, poenitentiarii, altaristae simplices et mansionarii per ordinem, ut in processione sedeant. Pro seminaristis vero, si deficerent stalla, scamma simplicia seorsiva praeparentur ad finem stallorum [s. 521], non tempore officii decantandi et anniversariorum, collocanda. Quod si quis choro inferiori ob absignatam arrogantiam subterfugeret ordinem praescriptum in processionibus et stallis et sese absentaret ab assistentia divinorum et stallo, duplici (per punctatorem notatus) mulcta in capitulo feriatur, decernimus et ab anniversariorum emolumentis removeatur. Id enim de affundato clero atque capellanis agendum erit vbli capitulo, praecipue perilli dno decano rectori ecclesiae et vicariorum speciali, si approbationes curare neglexerint et adiuvare ecclesiam in confessionibus audiendis contempserint.

De hospitalibus et confraternitatibus.

Innotuimus quod per adm. rdum Bodakowski praepositum hospitalarem status ecclesiae hospitalaris et aedificiorum in materialibus sit neglectus et ipse legata fundique varii per eius senectutem et imbecillitatem animi avelluntur non vindicantur. Proinde monemus ipsum toties et ab illmis praedecessoribus nostris monitum, quatenus aut renuntiat huic beneficio, aut coadiutorem suae imbecillitati ex necessitate ab officio nostro generali super additum in regimine huius praepositurae suae hospitalaris et vindicatione non impediat, immo notitiam negotiorum et iura necessaria communicet ipsi et sub poena privationis atque compensationis damnorum concredat ipsique pro viribus cumulative agat, et calculationem de perceptis atque expensis vbli capitulo iuxta praxim antiquam facere cum adiutore sibi dedito non subterfugiat, distincte praecipimus. Praecipimus autem et aliis promotoribus, capellanis et provisoribus capellarum, ut a rationibus dandis de perceptis et expensis dele-

---

[24] *Józef Eustachy Szembek, zob. dokum. nr 105 przyp. 33.*

gatis capitularibus iuxta morem antiquum non subterfugiant, et ea, quae bonum ordinem et integritatem hanc collegiatam minime declinent, omnes enim, qui recte agunt, non fugiunt lumen aspicientium, sed vadunt in lumen, ut videant opera [s. 522] eorum bona. Nullus autem in vinea censetur operarius fidelis, qui subordinari recusat patrifamilias vineae et domus Dei, praecipue vero ubi agitur de legatis et accessione vel amissione eorum, de sepulchrorum ecclesiae provenientiis et carbonis ab horum rationibus nullus promotor, capellanus et provisor sit liber in ecclesia volumus et ordinamus.

De monte pietatis.

Didicimus etiam ex actis scriptis vblis capituli curam montis pietatis extitisse ex mente pientissimi olim magni Ioannis Zamoyski fundatoris penes decanum et scholasticum praelatos spirituales ecclesiae collegiatae, ad praesens vero cura haec et administratio translata est ad saeculares personas civitatis Zamoscensis, ex qua translatione et rationes dandae loci ordinariis primis iure communi montium pietatis et miserabilium personarum protectoribus. Iam sunt quaedam privata authoritate subtractae, sed quod maximum iniustitiae peccatum cognovimus et ex perspectione iurium huius montis pietatis observavimus, quod sensus seu emolumentum a summa capitali proveniens pro alendis pauperibus, studiosis, civitatensibus et nobilibus destinatum in limine fundationis, hodie convertatur pro incolis et artificibus civitatis Zamoscensis, qui sola capitalis summae participatione et negotiatione illius gaudere et dotari iuxta praescriptum eiusdem fundatoris debent. Proinde Nos pro authoritate nostra pastorali hanc iniustitiam de conscientiis ovium mearum avertere volentes, declaramus incolas Zamoscenses et cives solos nulliter fuisse constitutos (exclusis spiritualibus) administratores eius montis pietatis, nulliterque fructus summae eiusdem montis studiosis pauperibus subtraxisse et subtrahere. Ideoque coram Deo eius fundatione ecclesiastica ad restitutionem administrationis et fructuum perceptorum (salva pro ipsis summa capitali ad negotiandum) in Domino, eosdem tanquam intrusos provisores teneri premonemus, praemonitos esse volumus.

De summis ecclesiae et censibus ac oneribus.

Informati sumus de negligentia procuratorum, quod summa octo millium flor. Polon. haeres super bonis Ulanow [25] pro cera et necessitatibus ecclesiae, tum alia summa octo millium super generalitatem iudaeorum palatinatus Wolhiniae haerens pro capella musica tam alia summa pro anniversario Pawołowiciano ac aliis obligationibus super synagoga Zamoscensi et aliis intra ordinationem Zamoscensem sitis, una cum censibus retentis non repetuntur, nec iure vindicantur. Mandmus igitur vbli capitulo, ut et negligentiam sui procuratoris sive procuratorum efficaciter corrigat et media ad vindicandum opportuna adhibeat et provideat. Quia vero praepositus s. Nicolai et promotor SS. Trinitatis conquaerunt de oneribus et obligationibus missarum, ac quod census summarum fundationis eorum non correspondeant oneribus iisdem; proinde in ordine ad obtinendum reductionem missarum et onerum debere adscitari fundatores vel successores eorum et patronos, num vellent augere vel acquiescere desideratae reductioni, declaramus, cum nisi ea conditione facultatibus Sedis Apostolicae uti possumus.

In quarum fidem — —. Actum et publicatum Skierbieszoviae die 20 mensis augusti anno Domini 1770. Felix episcopus [26].

[25] *Ulanów, miasteczko, pow. Nisko, wojew. rzeszowskie.*

[26] *Feliks Paweł Turski, zob. dokum. nr 123 przyp. 1.*

## Nr 124
## Dekret redukujący obowiązki mszy fundacyjnych.

*Krasnystaw, 12 XI 1770.*

*Feliks Paweł Turski, biskup chełmski, na prośbę kleru kolegiaty zamojskiej, w oparciu o pełnomocnictwa pap. Klemensa XIV, dokonuje redukcji obowiązków mszy fundacyjnych. Redukcja ta dotyczy mszy fundacyjnych kaplicy św. Mikołaja, prepozytury szpitalnej, prebendy Trójcy Przenajśw., kanonii fundii Muszyński, kapelanii św. Jana Kantego, kapelanii młodzieży akademickiej, kolegium wikariuszy przy kolegiacie, kanonii fundi Kłopocki, kanonii fundi Rutowski, prebendy penitencjarzy, kapelanii bractwa literackiego, kanonii fundi Brzeski — Nietyxa.*

**Or.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 172. Reductio missarum 1770—1800 s. 45—75 (Poszyt pap., k. 15, 1 nie zap., 34×20,5 cm, przy końcu pieczęć biskupa Turskiego, wyciśnięta przez wosk i jego własnoręczny podpis); tytuł oryginału:* Decretum. **Kop.** **1.** *ADL A nr 135. Acta iudiciaria R.D. Melchioris Ioannis Kochnowski, archidiaconi cathedralis Chelmensis ex annis 1765, nec non acta officii generalis Chelmensis ex annis 1764—1767 s. 356—380; tytuł wpisu:* Decretum reductionis et unionis onerum et missarum praebendas ecclesiae collegiatae Zamoscensis afficientium *(Wlg or. wpis 12 X 1775);* **2.** *Bibl. PAN Kraków. Sygn. 2387/I. Zbiór dokumentów z XVI—XVIII w. k. 319—360.*

Felix Paulus Turski [1] — —. Ad sollicitas et diuturnas preces cleri ecclesiae nostrae collegiatae Zamoscensis praeangustia conscientiam principaliter agentis, praemissis edictis et adcitationibus dnorum fundatorum, collatorum et successorum debite executis, in termino hodierno legitime adveniente, adhibita etiam opera vicarii nostri officialis generalis, in contumaciam quorumvis citatorum et non comparentium, iuxta datam declarationem nostram in decreto reformationis ecclesiae eiusdem anno praesenti factam, authoritate apostolica sub datum Romae die 16 septembris anno 1769 specialiter Nobis a Sacra Congregatione Concilii impertita, deinde a Ssmo domino nostro Clemente XIV papa feliciter moderno [2] die 1 maii anno currenti 1770 benigne, quoad facultates ampliata et concessa, ad discussionem iurium, donationum, onerum et obligationum praebendas in praefata ecclesia collegiata post primitivam eius affundatas et adiectas respicientium, accedendum esse duximus, prout perpensis iudicialiter causis et rationibus, accedimus et reductionem infrascriptam in Dei nomine de consilio etiam iuris peritorum praeferimus et publicamus.

[s. 46] Capella s. N i c o l a i.

Comparens personaliter adm. rdus Iosephus Dunczewski praepositus capelae s. Nicolai et communitatis mansionariorum [3] eiusdem capellae et alterius s. Andreae Apostoli in ecclesiae collegiata affundatae, reproducta citatione literali in ordine ad reductionem servienti, exposuit iudicialiter quomodo praebenda quatuor mansionariorum cum suis obligationibus in una et altera capella vacent ob gravia onera missarum et officii de Beata choraliter decantandarum et decantandi in fundatione praescriptarum et praescripti, quibus

---

[1] *Feliks Paweł Turski, zob. dokum. nr 123 przyp. 1.*

[2] *Klemens XIV, papież rządził Kościołem w latach 1769—1774.*

[3] *Józef Duńczewski, prepozyt kolegium mansjonarzy w kaplicy św. Mikołaja, doktor filozofii (1754) i obojga praw, profesor geometrii na Akademii Zamojskiej (1762—1771), kanonik zamojski (1761) i proboszcz w Starym Zamościu. Zmarł w r. 1780. Wiadomość o profesorach s. 63.*

oneribus quia ob diminutos proventus et census non correspondent, salaria annua presbyteri se submittere iisdem refugiunt, patiitque communitati suae plane desertae remedium et moderamen adferri et collapsas obligationes ac centum numeri reduci iuxta propositionem salariorum atque restabiliri. Proinde Nos verificatis narratis, visis lectisque literis fundationalibus, libris inscriptionum ac regestris perceptarum et expensarum, nec non testimoniis fide dignis, constare de necessitate reductionis onerum et unionis praebendarum advertimus ex eo:

1° Quad haec communitas mansionariorum olim, ut colligitur, circa annum 1610 a Nicolao Kislicki decano primo infulato Zamoscensi[4] iunctim cum Mathia Lesniowski castellano Bełsensi liberaliter fundata iam fuit, ob mutationem pretii rerum et calamitates collapsa et per Iacobum Skwarski decanum pariter Zamoscensem, mediante affundationis 12 millium flor. Polon. cum adiectis novis oneribus anno Domini 1649 aliquo modo restabilita[5], sed et haec affundatio ob easdem rationes temporis calamitosi et [s. 47] mutationis pretii rerum ac monetae argenteae reductae ad aera minuta similia casui obnoxia subiecta esse conspicimus.

2° Quod eandem communitatem constituere debent personae ad altaria duorum capellarum et chorum servientes, praepositus videlicet cum quatuor mansionariis et duo cantores, ex quibus unus scholirega, in numero personae septem, quarum presbyteri omnes imprimis teneantur una cum cantoribus officium de Beata Virgine Maria integrum quotidie in choro capellae decantare, deinde similiter et missas votivas, unam de Ssma Trinitate, alteram de Beata Virgine Maria in capellis s. Nicolai et s. Andreae Apostoli continuo per omnes dies et hebdomadas, exceptis diebus Maioris Hebdomadae, choraliter decantare et etiam vicarios in confessionibus audiendis adiuvare, ac ecclesiam obsequiis ornare, idque pro salario annuo unicuique cum victu et amictu computato ad flor. 221 Polon. tantum ascendente, excepto praeposito, qui 300 flor. et duobus cantoribus, quorum unus 60, alter 40 flor., pro toto labore gaudent. Ex quo colligitur mansionarios cum praeposito teneri ad missas 720 decantandas et cursum Beatae quotidie in choro obeundum. Nihilominus si ad rationem manualis eleemosinae missae cantatae per duos florenos more regionis reducerentur, pro solis missis in mansionarios census distribuendus requiritur numero 1440 flor. Polon. Communitas autem haec non possidet, nec percipit tantum annuum censum a summis fundatis et affundatis 20700 flor. Polon., scilicet flor. (iuxta regestra praepositi calculata) 1409. Novem igitur floreni Polon. certi supersunt et praeterea desiderantur huic communitati salaria pro onere cursus Beatae, pro cantoribus [s. 48] fovendis, pro cera et supellectili capellae, pro iurium et censuum repetitione, pro contributione capitali ac pro conservatione domus communis mansionariorum, supplenda et quod maximum praepositus pro cura et administratione congruo salario indigere solutis missis supra enumeratis agnoscitur.

3° Quod a summis capitalibus census originaliter in fundatione expressus et inscriptus est per octo a centum, hodie vero ex praxi communi regionis non solvitur, nisi per septem et aliquando minus a cento, iamque salaria communitati per fundatores taxata cum censu diminuto, diminuta esse probantur. Idcirco volentes praedictae communitati collapsae succurrere et pias in-

---

[4] *Mikołaj Kiślicki, zob. dokum. nr 22 przyp. 18.*

[5] *Zob. dokum. nr 36.*

tentiones fundatorum, quantum vires proventuum sinunt, manutenere, interea pro moderna circumstantia praedictam communitatem ad tres personas praepositi et duorum mansionariorum presbyterorum redigimus et duos cantores distincte fovendos adiungimus. Onera vero missarum votivarum ad 360 reducimus et unimus, utque praepositus iuxta erectionem praesit communitati et choro capellae ac diebus solemnioribus, nec non feriis quartis nonnulis hebdomadae, missas numero 40, iam autem mansionariorum unus 163, alter totidem 163 omnibus diebus anni (nisi diebus hebdomadae sacrae quibus legent) missas alternatim decantare absque intermissione teneantur statuimus. Teneantur pariter omnes mansionarii cum praeposito iuxta eandem fundationem cursus seu officium integrum de Beata Virgine Maria mane et vespere, una cum cantoribus peritis adiunctis, voce gravi et distincta, nec non missas diebus dominicis et festis, signanter autem solemnioribus, quibus ipse praepositus in cantu celebrare obstrinctus est, unitis vocibus choralibus mansionarii decantare aliisque obligationibus in fundatione et [s. 49] affundatione appositis satisfacere, quas in toto conservamus. Propterea censum per fundatores in summis capitalibus demonstratum et deminutum, salariaque ibidem taxata reducimus ad rationem eleemosinae manualis et unimus eo modo, ut praepositus, attenta eius cura et administratione et onere cantandi, gaudeat cum victu et amictu flor. Polon. 400, unus mansionariorum intuitu missarum ad altare et in choro cantandarum 163 (exceptis festis, quibus duo cantores soli uniti cantabunt) salarium flor. per quartualia solvendorum 326 obtinent, intuitu vero cantus officii de Beata choro flor. 54 habent, sicque cum mensalibus seu victu et amictu gaudeat per annum pro toto stipendio flor. 380. Non minus alter mansionarius propter simile onus missarum et chori similem portionem annuam lucretur. Cantoribus vero, uni qui et scholiregus esse debet, flor. 100, alteri 80 assignamus aeque per quartualia a praeposito solvendos. Ordinem vero missarum praescribimus, salvo ritu ecclesiae, conformando Nos in parte voluntati fundatorum, quatenus missa votiva prima de Ssma Trinitate in capella s. Andreae, ubi et scamma choralia eo fine parata subsistunt, decantetur per unum mansionariorum, sive propter incidentiam turni per praepositum. Altera votiva de Beata Virgine Maria per alterum mansionariorum feria secunda in capella s. Nicolai, feria tertia item de Trinitate in dicta capella s. Andreae Apostoli reassumatur, feria quarta de Requiem vel de festo, si illud inciderit pro anima Iacobi Skwarski[6] affundatoris in capella, feria sexta de Trinitate suo loco s. Andreae, die sabbati de Beata in capella s. Nicolai et sic deinceps [s. 50] hebdomadatim per vices alternas personarum et capellarum praedictae missae votivae de Trinitate et Beata, vel etiam tempore quo votivae prohibentur de festo vel feria decantari debent et ad intentionem tam fundatorum Nicolai et Mathiae, quam affundatorum respective applicari, super quo conscientiam praepositi et mansionariorum eius oneramus. Volumusque, ut in futurum, ne praebendae praedictorum mansionariorum et obligationes deserantur et vacent, mansionarii per inscriptionem provisionis canonicam ad suas praebendas, quae in titulum, stante hac reformatione, authoritate nostra ordinaria erigimus, per collatores qui habent ius praepositum praesentandi vocentur.

Quoniam autem salaria supra assignata communitati mansionariorum cum cantoribus adiunctis efficiunt summam totalem 1340 flor., residuum igitur

[6] *Jakub Skwarski, zob. dokum. nr 22 przyp. 22.*

census annui ex praedicto fundo et fundis provenientes 109 flor. cum reliquis interim obliteratis licet exigius legatis et in censum locatis, ut sunt 500 flor. Iacobi Zawisza, 600 flor. Agnetis Giermzicka, 200 flor. Stanislai Gaworski, quae saltem in parte vindicabilia cum suis censibus esse reputamus, pro cera et supellectili altarium providenda, nam portio sacristiae olim exdivisa vix pro vino ad tot praefatas missas sufficiat. Item pro conservatione domus mansionariorum ac vindicatione censuum applicamus et moderatam erogationem massae communis, salvo calculo de diligentiis omnibus, nec non perceptis et expensis iuxta voluntatem fundatorum, vbli capitulo Zamoscensi per praepositum praestando, eidem praeposito commendamus. Siquidem autem non constat de mente et obligationibus minutiorum praedictorum [s. 51] legatorum, unde et iuxta mentem Iacobi Skwarski affundatoris feriis quartis de Requiem collecta fieret pro benefactoribus et in aliis votivis memento eorum omnium addiceretur, iniungimus. Quodsi demum aliquo tempore futuro primaevae fundationis redintegratio summarum valor antiquus et census integritas redderit, ex tunc praesentem reductionem onerum et unionem praebendarum cessare debere declaramus, taliterque salvis reliquis in literis fundationis obligationibus authoritate, ut supra, apostolica et nostra ordinaria statuimus, definimus et pronuntiamus in Dei nomine. Quantum ad legatum 500 flor. Polon. anni 1685 altari contiguo capellae s. Nicolai sub titulo s. Michaelis applicatum et eum sub censu atque obligatione 36 missarum praeposito mansionariorum serviens, attinet; siquidem census reductus est ab octo ad septem et valor monetae antiquioris diminuitur deduciturque, quod tantum 35 flor. pro 36 missis accidunt nihilque pro cera et apparatu atque iurium vindicatione provisum est. Idcirco pari ratione, ut supra, de capella s. Nicolai dictum est, attenta necessitate cerae et vini et apparatuum praedictas missas ad 24 reducimus pro anima Zofiae legatricis quolibet mense per duas absolvendas et applicandas.

Praepositura x e n o d o c h i a l i s.

Secundo: adm. rdus Antonius Piecek vicarius ecclesiae collegiatae Zamoscensis et pro tempore commendarius ecclesiae suburbanae sut titulo Beatissimae Mariae Virginis Lauretanae et hospitalium pauperum duplicium deputatus, productis iuribus et adcitatione in contumaciam citatorum, personaliter exposuit fundationem dictae ecclesiae ac praepositi hospitalis esse praeaggravatam oneribus et obligationibus missarum [s. 52], nam ex vi fundationis primae Sikorscianae dictae sub anno die 7 novembris factae et anno 1715 die 8 martii Crasnostaviae officiosis literis approbatae [7], fundus praepositi constituit in summa censuali 4000 flor. Polon. et horto, a qua census modernus provenit flor. 210 tantum, eo quod summa praefata 4000 sparsim locata sit ab origine super communitatibus multifariis calamitatibus depauperatorum, ita ut iam tertia pars census inscripti plane non reddatur, nec repeti speratur ab ipsis. Intuitu vero praedicti fundi et census annui fundator praeposito hospitalari a se, ut praemittitur, fundato imposuit obligationes duarum missarum in hebdomada et tertia quolibet mense, quae sunt in numero 116. Insuper regimen et curam duorum hospitalium et asportationem pauperum sub divo et in plateis iacentium ad hospitalia sollicitudinem circa infirmos, adiutorium confessionum in ecclesia collegiata Zamoscensi, vigilantiam extra fortalitium in suburbio infirmorum, obsequium celebrantibus de-

[7] *Zob. dokum. nr 75.*

canis infulatis Zamoscensibus praestandum, ac alia imposuit, et quod maximum curam et vindicationem reddituum ac censuum communitates hospitalares concernentium, quae in 60 prope locis sparsim et minutim locati sunt, ipsi soli adiecit. De sartis tectis vero conservandis ecclesiae hospitalaris et aedificiorum, de contributione capitali ad 16 florenos per annum ascendente, de vindicatione iurium nihil statuit et providet. Propterea subiunxit servire praeposito hospitalari affundationem Sarbievianam ab anno 1715 2000 flor. Polon., a qua census dubius per annum flor. Polon. 140, pro hoc autem duae missae in hebdomada sunt adiectae cum onere [s. 54] dierum et alternatim privilegiatorum. Denique unius mille flor. est vestigium in actis civitatis Zamoscensis pro praeposito eodem sub anno 1726 recognitum, sed de fundatore et obligatione non constat et nisi 25 flor. in vim census annui solvantur, petiitque supra narrata onera moderari.

Nos igitur lectis literis fundationis supra expositae et verificatis narratis, fundatorem Leurentium Sikorski[8] mixtim taxative et demonstrative in sua fundatione processisse et multiplices obligationes praeposito hospitalari simulque capellano suo impositas non taxasse reperimus. Et quia dixit in sua erectione anno 1714 fundo praepositum, qui xenodochiis Zamosciis praesit memor iudicii divini, commoditati pauperum non suae, studeat et omnino habeat diligentiam, ne sub dio et sterquilinio pauperes iaceant, quo est primum et principale praeposito onus assignatum, nullum vero respectu huius oneris salarium legitur appositum. Cum vero idem fundator inferius 4000 flor. Polon. cum horto pro fundo perpetuo eidem praeposito assignasset, obligationes ipsi intuitu fundi imposuit duarum missarum in hebdomada pro anima sua unius, et parentum suorum alterius, tum tertiae missae quolibet mensae pro animabus Adriani et Mariannae absolvendae et absolvendarum, eundemque praepositum etiam ad alia obsequia ecclesiae collegiatae obstrinxit, quod est capellaniae munus et eo intuitu censum ipsi sine praefixione salarii totum applicavit. Siquidem autem ob non securam locationem fundi super synagogis et domibus iudaeorum, tum ob frequentes calamitates et depauperationem atque obserationem censualistarum vix hodie 210 flor. ex praedicto fundo pro censu recipitur. Idcirco, moderando rem pro circumstantia temporis praesentis, supradicto praeposito hospitalari ecclesiae et domus Lauretanae respectu administrationis duorum hospitalium [s. 54] et curae spiritualibus et temporalibus pauperum, censum praefati fundi Sikorsciani et hortum assignamus, et quatenus tres missas quolibet mense pro animabus in fundatione eadem nominatis, videlicet unam pro anima Laurentii sacerdotis, alteram pro parentibus eius, tertiam pro animabus Adriani et Mariannae absolvat et applicet, statuimus. Quantum autem ad affundationem 2 millium ex legatione illmae Sarbiewska[9] palatinae Mazoviae cum onere duarum missarum ad altare privilegiatum pariter in hebdomada absolvendarum anno 1715 in castro Bełsensi inscriptam. Siquidem ab hac summa, licet secure videatur locata et census vidicabilis esse supponitur, diminutus est proventus in flor. 20 nihilque pro vino et cera, apparatibus ac vindicatione iurium legatrix providit. Idcirco quatenus praepositus unam missam quolibet hebdomada per sex menses anni, iam autem per reliquos sex menses anni duas missas pro anima legatricis, non existentibus privilegiatis coram quocunque altari etiam in

[8] *Wawrzyniec Sikorski, zob. dokum. nr 57 przyp. 7.*

[9] *Sarbiewska, żona prawdopodobnie Stanisława Sarbiewskiego h. Prawdzic, wojew. mazowieckiego. K. Niesiecki, dz.c., t. 1 s. 192.*

ecclesia Lauretana liberis diebus hebdomadae regulariter absolvat et applicet, donec integer census iuxta inscriptionem vindicatus et repetitus fuerit, pronuntiamus. Deinde quoad summam 1000 flor. Polon. capitalem anno 1726 in actis advocatialibus Zamoscensibus pro praeposito cum proveniente hactenus exiguo censu 25 flor. recognitam, perquirendam esse documentum et testamentum ad explorandum legatorem et eius voluntatem omnino decrevimus. Interea censum hunc cum obligatione praepositi, ut habeat circa sacrificia sua memento defuncti incerti benefactoris, pro vindicatione censuum et iurium praeposituralium applicamus. Quamprimum denique praepositus in futurum signanter fundum principalem Sikorscianum cum censu [s. 55] originaliter in scripto integre rehabere et possidere poterit. Ex tunc suprascripta reductio missarum erit nulla et ita ex mente Sedis Apostolicae in Dei nomine iudicamus, definimus et mandamus.

Praebenda Ssmae Trinitatis.

Tertio· comparens personaliter rdus Cantius Derberdrasiewisz promotor Ssmae Trinitatis institutus, reproducta citatione et fundatione, exposuit se gravatum esse onera decantandi officii seu coronae de Ssma Trinitate cum populo quavis dominica et missis quinque certis diebus et ad certa altaria in hebdomada perpetuo absolvendis, ut fusius scheda sua iudicialiter ad acta reposita obloquitur, nullum vero sibi recurrenti ad habitandum locum et aedificium fundator providit, sed intuitu praedictorum onerum 7 millia tantum pro fundo cum censu per octo a centum super synagoga iudaeorum Zamoscensium per erectionem anno 1715 assignavit sibi et inscripsit. A quo fundo 7000 iam non solvitur more Regni huius tantum per septam a cento diminuitur, ergo census in flor. annuis 70, hoc est ab uno mille fundi. Deinde altaria, quibus sunt annexae missae per fundatorem in ecclesia et sacristia non sunt instructa requisitis, nec coram ipsis celebrari solet, petitque moderari pro iustitia praedicta onera et restringi, praecipue quod mgci dni successores Rulikowsciani citati, ex quo collatio translata est ad capitulum Zamoscense praedictae praebendae, complere censum decedentem non permittant. Proinde Nos visa citatione, verificatis narratis perspectisque iuribus fundationis, quoniam de facto et irrevocabiliter diminutus est census ad flor. 70 ita, ut per fictionem iuris censeatur unum mille ex fundo originali decessisse, nam et ultima decreta generalis commisionis [s. 56] Reipublicae Varsaviae anni 1765 die 29 iulii inter iudaeos et eorum creditores lata, census per octo a centum inscriptos non aliter quam per septem ab eodem cento exsolvi debere ecclesiis, dedlararunt. Idcirco unam obligationem missae feria sexta impositam extiguimus, aliis quatuor in hebdomada absolvi debitis, et aliis obligationibus in eadem fundatione praescriptis, manentibus salvis. Quia vero hic et nunc altaria privilegiata pro defunctis desunt, proinde missas praefatis altaribus annexas, coram aliis altaribus ecclesiae collegiatae, praefixis tamen per fundatorem diebus, nisi infirmitas vera aliqua diem impedierit, quae sequenti libera die supplenda erit, celebrare permittimus. Rationem vero extinguendi unam obligationem pro uno mille desumpsimus ex ipsa dispositione mgci olim Michaelis Rulikowski fundatoris, quod siquidem in eadem fundatione pro alio capellano censum 2000 per octo a centum assignavit et duas illi obligationes missarum intuitu utriusque mille imposuit [10]. Itaque mens ipius colligitur, quod pro obligatione unius missae hebdomadalis

[10] *Zob. dokum. nr 67.*

sensum unius mille applicaverit. Quodsi vero census integer iuxta inscriptionem vindicatus fuerit aliquo fato, uc tunc et illa obligatio supressa reassumi quod debeat statuimus, et eadem qua supra authoritate apostolica pronuntiamus.

Praebenda canonicatus Murzyniani.

Quarto: comparuit personaliter illustris adm. rdus Olgierd canonicus Zamoscensis [11] reproducens citationem et iura canonicatum suum concernentia in contumaciam omnium citatorum exposuit, suam praebendam canonicalem consistere in fundo capitali 4000 flor. Polon. ab Alberto Murzyński praeposito Uhnoviensi per medium et ab alio [s. 57] Alberto Łabęcki canonico Zamoscensi per medium collato et approbato, a quo fundo census per octo a centum inscriptus, hodie et ab antiquo ex lege Regni decessit ad numerum per septem a cento, obligationes vero intuitu praedicti census diminuti et tantum in 280 flor. in certis Polon. consistentis manent non diminutae. Tenetur enim ad tres missas in qualibet hebdomada absolvendas pro fundatore et affundatore, eo non obstante, quod ex turno canonicali tenetur ad conventuales in ecclesia collegiata Zamoscensi et festis missas decantandas aliisque officiis canonicalibus et capitularibus satisfacere et expensas varias subire, petiitque sibi missas illas tres in hebdomada reduci ad unam alias, ut in scheda fusius. Proinde Nos visis iuribus subsidiariis, cum de originali erectione non constet, verificatisque et iustificatis narratis. Quoniam respectu dictae praebendae canonicalis duo officia incumbunt beneficiato, scilicet canonicalia et capellanatus missis cantatis et lectis onerata, fundus autem 4 milium originales ab anno 1660 in suo valore monetae intrinseco est mutatus, cum pretio rerum atque census ab eo proveniens post inscriptionem suam per octo a centum quoad numerum partem octavam more regionis amisit, quoad valorem vero monetae intrinsecus iuxta tabellas reductionis grossorum et florenorum antiquorum pro duobus florenis aut grossis unum vix florenum aut grossum continet, praecipue vero ab uno mille in synagoga iudaeorum Turoblinensium haerente ob confragrationem domorum iudaicorum census annuus non solvitur et vindicatione difficili subest. Ideoque tres missas legendas in hebdomada et alteram in quolibet mense pro animabus utriusque Adalberti sacerdotum confundatorum alteribus vicibus hebdomadarum et mensium absolvendas et applicandas iuxta morem antiquam reducendum esse duximus ac reducimus. Quamprimum autem fundus ad suum valorem primaevum et census [s. 58] ad suum numerum restitutus fuerit in Regno, ex tunc praemissa reductio subiaceat nullitati et ita authoritate apostolica definimus ac declaramus.

Capellanatus sancti Ioannis Cantii.

Supradictus illustris canonicus Zamoscensis Nicolaus Olgierd, qua procurator Academiae et Universitatis, subiunxit in libello suo existere capellaniam manualem fundi Graboviciani 2 millia capitulis summae anno[a], a quo fundo census annuus hodie provenit tantum flor. 140. Obligationes autem ex monumentis tantum academicis et usu probantur consistere in duobus missis qualibet hebdomada ad altare s. Ioannis Cantii feria secunda et sexta absol-

---

[11] *Mikołaj Onufry Olgierd, doktor filozofii i teologii. Powołany na Akademię Zamojską (1753), wykładał ortografię (1753), analogię (1755), poetykę (1756), retorykę (1758), wymowę (1760), logikę (1762), fizykę (1764), teologię spekulatywną (1765) i moralną (1777—1784), kanonik zamojski (1761) i przemyski. Zmarł w 1806 r. Wiadomość o profesorach s. 60.*

a *Roku nie podano.*

vendis. Insuper eidem, qui fuerit capellanus incumbit curam capellae et altaris eiusdem Sancti habere, atque pro cera et vino contribuere flor. 20, patiitque ob diminutionem pariter census et curam capellae incumbantem, praedictas obligationes moderari cum difficile sit, ut praedictus capellanus distinctus valeat ex praedicto censu sustentari, nec de approbatione et admissione per loci ordinarium huiusmodi fundi et obligationum in actis ordinariis constat. Proinde Nos, verificatis narratis visaque citatione in contumaciam citatorum, praedictum fundum Grabovicianum 2 millia admittendo, et immunitati ecclesiasticae adscribendo, pro capellano, qui curam haberet capellae s. Ioanni Cantii in ecclesia collegiata et supellectilis eius, assignamus et applicamus una cum censu ab eodem fundo proveniente, et obligationem ipsi unius missae qualibet hebdomada ad altare eiusdem s. Ioannis Cantii pro anima fundatoris, salva contributione 20 flor. pro cera et vino, absolvendum, attenta diminutione census pretio rerum, perpetuo incorporamus, eundemque fundationem penes unum [s. 59] ex canonicis, tenuioris fundi qui sunt, qualis est canonicus supradictus Murzynianus, sive alius qui diligentem curam gesserit ex electione Universitatis Academiae esse debere statuimus et authoritate qua supra apostolica moderando definimus.

C a p e l l a n a t u s s t u d i o s o r u m.

Expositum item est per procuratorem Universitatis Zamoscensis existere pro altero capellano studiosorum, qui studiosis missam in tempore statuto celebraret et confessiones eorum audiret, fundationem Simonis Birkowski 2600 flor. Polon. a quibus census per septem tantum a cento percipitur. Item legatum gnosi olim Mathiae Mozdziarski 1000 flor. Polon. cum censu per septem a quolibet cento super synagoga Szczebrzeszynensi inscriptum. Item alia minutiora sacellae s. Ioannis Cantii et capellanis celebrantibus servientia, prout vestigia ex actis academicis demonstrantur cum variis arbitriis academicorum ordinationibus. Obligationes tamen et voluntates legatorum et benefactorum expresse documentis non deducuntur, petitum est, tam ratione capellani quam fundorum, legatorum et obligationum, deficientibus documentis et spe adinventionis eorum, aliquid pro authoritate ordinaria et apostolica hac de re moderari et decerni. Proinde Nos, audito ut supra postulato tanquam in legatis piis nimium obliteratis, volentes aliquo modo intentioni benefactorum et suffragiis eorum animarum succurrere, quoniam informati sumus per procuratorem Academiae et ex actis variis certificati sumus, summas praedictas Simonis Birkowski et Mathiae Mozdziarski fructificare et capellano studiosorum pro tempore annuo 200 flor. solvi easdem summas admitendo et immunitati ecclesiasticae adscribendo, unimus, coniungimus et aliis etiam legatis superexistentibus, licet exigius [s. 60] in parte tamen vindicabilibus, adunamus, atque pro capellano eorundem studiosorum convertimus eo modo, ut per inscriptionem canonicam provisionis semper esse possit; utque ipsi per procuratorem Academiae 300 flor. ad minimum inscribantur et pendantur quolibet anno ordinamus, utque intuitu huius annui stipendii missam unam pro anima Simonis Birkovii qualibet feria quinta, iam vero pro anima Mathiae Mozdziarski et aliis omnibus benefactoribus et legatoribus ignotarum obligationum duas missas quolibet mense diebus dominicis vel festis in capella s. Ioannis Cantii absolvat et applicet, ita ut pro anima Mathiae missae duodecem communes celebrentur et applicentur per eundem capellanum, qui studiosis statuta hora missam celebrare et confessiones eorum excipere, quoties opus fuerit, tenebitur. Reliqua vero legata pro decore capellae

s. Cantii servientia et vindicabilia, ut serio vindicentur, pro decore capellae convertantur, nec per vicarium piae voluntates benefactorum perire permittantur districte praecipimus. Et ita authoritate apostolica et nostra ordinaria pro hac parte decernimus et pronuntiamus ad tempus, quousque de alia expressa voluntate bene factorum hic non specificatorum non consisterit et census detectus documentis vindicatus non fuerit.

V i c a r i i ecclesiae c o l l e g i a t a e Zamoscensis.

Quinto: comparuit personaliter adm. rdus Paulus Romanowicz[12] Insignis Collegiatae Zamoscensis vicarius collegii vicariorum dictae ecclesiae procurator, reproducta citatione ex parte collegii sui principaliter agentis in contumaciam quorumvis citatorum et non comparentium, exposuit communitatem suam esse tum gravatam oneribus missarum, tum in conscientia sua anxiam [s. 61] ob dubia et deperdita legata.

1° Enim obstrincta est ad legendum missam propriam pro anima Ioannis qualibet feria tertia ad maius altare ex inscriptione flor. mille in synagoga Turobinensi anno 1667 feria 4 post Dominicam Conductus, de qua obligatione primo non constat ex tempore inscriptionis, nec de eius approbatione ex actis. Secundo quia iuxta inscriptionem per octo a centum census non percipitur, sed tantum per septem, ad praesens vero ob conflagrationem domorum iudaicorum in Turobin[13] vix medietas census praemittitur et in periculo amissionis integri census communitas manet.

2° Item obligatur eadem communitas ex alia inscriptione flor. 200 anno 1698 in crastino s. Agnetis in bonis Feygiela iudaei Zamoscensi ad cantandam missam quolibet quartuali pro defunctis vicariis intuitu census ab eadem summa assignati. Haec vero obligatio a multo tempore cessavit, nec reassumi potest ex eo, quod domus iudaei praedicti exdivisa sit inter creditores per potioritatem et in cellario subterraneo collocata est supra dicta summa capitalis cum aliis summis variorum creditorum, ac altera summa vicariali censuali flor. 300 in eodem cellario haerentium, a qua summa posteriore et superiore census non exsolvitur et cellarium nondum locatum ob praeaggravationem summarum manet, nec de obligationibus intuitu 300 flor. ex inscriptione constat.

3° Item vestigium est obligationis cantandi missam de Passione [Domini] Christi qualibet feria sexta ex inscriptione flor. 1000 Ioannis Sieprawski custodis collegiatae Zamoscensis[14] super lapidea iudeae Iudzina dictae, antea Izraelowiczoviana vocitata in censum locatorum, tum vero de approbatione et usu praedictae obligationis hucusque non constat, neque census actu percipitur, ex ratione quod iudea parte non citata curavit, deportavit et locavit [s. 62] dictam summam Sieprawscianam in alia domo iudaica magis oberrata cum censu 35 flor. Polon. assignato et detractione flor. 45 iuxta inscriptionem solvi debitorum, super quo censu communitas vicariorum litem inchoavit, parvam tamen spem saltem medietatis census habet, quae medietas etiamsi vindicabitur, non erit sufficiens ad satisfaciendum missis cantatis totius anni.

4° Item vestigium legati 100 flor. per Ioannem Baran apud Gawłowicz

---

[12] *Paweł Romanowicz, prokurator kolegium wikariuszy (1770), kanonik penitencjarz, powiększył znacznie fundusze tejże kanonii. Wiadomość o profesorach s. 88.*

[13] *Turobin, wieś, pow. Krasnystaw, wojew. lubelskie.*

[14] *Jan Sieprawski, doktor teologii, profesor etyki (1662), kanonik a później kustosz zamojski, prepozyt w Turobinie, rektor Akademii Zamojskiej (1666—1668). Zmarł 3 VIII 1681. Wiadomość o profesorach s. 43.*

locatorem pro missis quatuor quolibet quartuali absolvendis, sed hoc legatum cum suo censu reperiit, et ubi haereat summa non constat.

5° Item habet communitas iunctim cum capitulo Zamoscensi summam mille flor. ex fundatione Georgii Zamoyski[15] super synagoga Ianoviensi iudaeorum locata, a qua medietas census una vbli capitulo, altera communitati nostrae deservit, quondam pro duabus missis in hebdomada absolvendis, ut colligitur ex actis visitationis ecclesiasticis destinata, ad praesens vero anniversario iunctim absolvendi, nescitur cuius dispositione conversa.

6° Item vestigium est legati 350 flor. Polon. per Balthasarum Napiórkowski super bonis parocianis, deinde infidelis Manelowicz dati et inscripti cum obligatione unius missae in hebdomada, census ab ea percipitur, sed nunc primum voluntas benefactoris dedecta est et ob exiguitatem census 24 flor. moderationi hanc obligationem communitas subicit.

7° Item summa 300 flor. Polon. ex legato Sigismundi Kamiński[16] pro una missa in hebdomada. Item alia 200 flor. per Annam Swięcicka[17] legata pariter pro una missa in hebdomada, a quibus census in totum efficit ad praesens flor. 35 ex locatione in bonis Zwiartówek[18] proveniens, quae summae ob antiquitatem in valore mutatae sunt [s. 63] cum suo censu, propterea et obligationes etiam mutationem merentur, prout iam per decretum mutatae sunt.

8° Summa 100 flor. ex legato Ioannis Łaziński pro 4 missis singulis quartualibus absolvendis in contubernio sartorum inscripta. Denique summa flor. 300 ex legato Stanislai Wiśniowski in bonis Abrek[19] et Onużczak olim inscripta pro una in hebdomada in actis ecclesiasticis huius loci detegitur, sed ab his binis ultimis summis nullus census ab antiquo percipitur et bona, super quibus inscriptiones fuerunt, propter varias deportationes immutata sunt et summae ignorantur. Itaque petiit idem, qui supra procurator, praemissa legata quoad census et obligationes respective cognosci, reduci, moderari, prout fusius in schedis et citatione.

Proinde Nos visa citatione, verificatis et iustificatis narratis, nemine contradicente:

1° usum et possessionem sufficere pro anima Ioannis, ut pro eo prima legatur, siquidem vero summa 1667 legata it valore intrinseco et censu decrevit et ad praesens conflagrationem iudaeorum census, tum non solvitur, tum de eius integra provenientia in futurum dubitatur. Idcirco pro ratione quotae recipiendae missae absolvuntur, quas ad rationem manualis eleemosinae computandae esse in anno declaramus et determinamus, ita, ut attento rerum pretio et temporis alligatione, missa a floreno una et grossis sex Polonicis computetur et pars decima pro vindicatione detrahatur ex censu.

Ad 2 -um. Intuitu vero legati 200 flor. et alterius 300 flor. Polon. ad praesens iure potioritatis ad abaeratum cellarium detrusi, vindicato legato aut locato cellario ad proportionem census ab utraque summa respective percipiendi, detractis litis expensis, missae pro vicariis defunctis cum adiecta collecta pro benefactoribus mortuis decantetur tot, quantum [s. 64] census reci-

---

15 *Jerzy Zamoyski, zob. dokum. nr 15 przyp. 2.*

16 *Zygmunt Kamiński, bliżej nie znany.*

17 *Anna Święcicka, zapewne h. Jastrzębiec, bliżej nie znana.*

18 *Zwiartówek, wieś, pow. Tomaszów Lubelski, wojew. lubelskie.*

19 *A. Abrek, zob. dokum. nr 57 przyp. 1.*

piendus indicabit, cantatam pro ratione eleemosinae manualis a florenis duobus et chorum atque coram aliis florenis duobus compensando.

Ad 3 -um. Pariter vindicata summa et censu procedendum esse quoad votivas de Passione Domini Sieprawscianas, prout supra articulo secundo ordinavimus.

Ad 4 -um. Detecta locatione summae et vindicatione census ad rationem eleemosinae manualis a floreno uno et grossis sex ob alligationem temporis. Cum missis quartualibus similiter procedatur.

Ad 5 -um. Standum esse usui antiquo, quoad anniversarium Georgii Zamoyski episcopi.

Ad 6 -um Quoad legatum antiqum 350 flor. Polon., a quo hodie census tantum 24 flor. percipitur, siquidem nunc primum voluntas benefactoris detecta est pro una missa in hebdomada, idcirco obligationem hanc, attento decremento valoris intrinseci et census, ad 12 missas quotannis absolvendas ad intentionem benefactoris reducimus, salva cera et vino atque vindicatione compensandis. Pro retroactis vero annis anniversarium unum per omnes vicarios cum nocturno uno defunctorum et missis lectis ac cantata pro anima benefactoris indilate absolvatur.

Ad 7 -um. Pariter de legato flor. 300 per Sigismundum Kamiński, tum flor. 200 per Annam Święcicka factis et super bonis Zwiartowek stabilibus antiquitus locatis cum censu hodierno annuo 35 flor. Polon., cum obligatione recenter detecta duarum respective missarum in qualibet hebdomada anni, siquidem valor intrinsecus antiquus summarum mutatus esse ex ipso numero missarum 104 digonscitur, cum census non correspondet missae uni vix grossis decem compensandae, pro cera, vino, apparatu ac iurium vindicatione nihil provisum est et propterea, ut [s. 65] coniicimus onera deserint et deserare vellet clerus. Proinde praedictas hebdomadales nunc detectas obligationes pro circumstantia moderna rescindimus et attentis expensis aliis non provisis, ut pro anima Sigismundi missae decem, pro anima Annae missae octo intra annum quemlibet absolvantur et quidquid ab expensis necessariis ac vialibus in repetitione census supererit eleemosina pauperibus tribuatur. Pro retroactis vero annis, ut similiter anniversarium unum eo modo, quo supra et iuxta decretum anno praesenti in iudicio officii nostri generalis per providentiam latum, absolvatur.

Ad 8 -um. Siquidem bona cum legato et censu non deteguntur, idcirco iudicium nostrum super hoc suspendimus, taliterque in omnibus praemissis articulis authoritate nostra delegata apostolica, donec summae et census ad pristinum statum restitutae fuerint, pronuntiamus et sententiamus.

Canonicatus Kłopocianus.

Sexto: comparens personaliter illustris adm. rdus Andreas Kostkiewicz canonicus Zamoscenis fundi Kłopociani [20], reproducta citatione in contumaciam omnium non comparentium exposuit se esse nimis gravatum obligationibus in fundo appositis, petiitque se ab iisdem pro iustitia liberari, prout in scheda est etc. Nos igitur, visa citatione perspectisque iuribus fundationem hanc canonicatus Kłopociani iuxta narrata reccurrentia, exigui fundi onerum vero gravium esse adinvenimus et valorem intrinsecum fundi originalis ab anno

[20] *Andrzej Kostkiewicz, doktor filozofii i obojga praw (1781). Był profesorem w Ołyce, a od 1761 w Zamosciu. Tu wykładał ortografię, następnie gramatykę i analogię (1761), retorykę (1762), logikę (1763, 1769), wymowę (1766), fizykę (1770), prawo cywilne (1773—1784). Był kanonikiem zamojskim (1768), chełmskim (1780). Zmarł 22 II 1798. Wiadomość o profesorach s. 63.*

1671 pariter et census ad dimidium hoc tempore decrevisse verificavimus et collegimus. Idcirco considerato fundo primitivo in capitali cum suis additamentis 3162 flor. Polon. constituto, a quo census annuus 220 flor. grossi 15 tantum ad praesens percipiutur, intuitu cuius fundi et census ad tria officia per Adream Kłopocki [21] fundatorem obstrinctus esse dignoscitur, canonicus vero ad munia canonicalia turnosque missarum conventualium in ecclesia collegiata consecutive sequendas, item ad tres missas in hebdomada votivas lectas in capella s. Magdalenae statutis diebus absolvendas, denique ad curam eiusdem capellae sustinendam, attenta ratione victus, amictus et residentiae pro decentia canonicali requisitae, ad quae fundator minus prospexit, nec providit, spectata temporum circumstantia, praedictas tres missas hebdomadales altari et diei, non servato etiam ritu ecclesiae in fundatione praescriptas, ad numerum trium missarum quolibet mense et in eadem capella absolvendarum et ad intentionem triplicem fundatoris applicandarum reduximus. Utque lectae votivae nisi diebus illis, quibus ex ritu ecclesiae licitae sunt, adhibeantur cavimus. Siquidem autem alia legata Andreae Rzeszotarski [22] flor. 300 gnosi Ludovici Szanski [23] similiter flor. 300 eidem capellae sunt adscriptae et super diversis synagogis iudaeorum ac etiam bonis ordinationis inscripta esse constat, de obligationibus tamen non constat, et census ob varias calamitates et malas locationes denegatur. Proinde diligentiam et vindicationem eidem canonico Kłopociano tanquam curatori capellae s. Magdalenae speciali eorundem legatorum iniungimus, utque ex censu vindicando decor capellae sustineatur, et memoria legatorum per collectam pro benefactoribus in missis supra designatis adiungatur, donec de expressa voluntate constiterit interea ordinamus, et ita authoritate apostolica in Dei nomine declaramus et definimus.

Canonicatus Rutovianus.

Septimo: Comparens personaliter vblis Ioannes Human M.O.C. specialis plenipotens illustris ad. rdi Iosephi Sikorski [24] canonici Zamoscensis [s. 67], reproducta citatione nomine sui principalis tanquam valetudinarii, exposuit, quomodo praebenda canonicatus Rutoviani, quam suus principalis possidet in ecclesia collegiata diminuta est in suo sat exiguo originali fundo et censu ab anno 1720 constituto et proveniente, nam summa flor. 400 Polon. in bonis oppidanorum Skierbieszoviensium locata, ob defectum officiose inscriptionis ab initio vindicatur et vindicari nequit, aliae summae ob malam locationem nihil fructificaverunt et nisi tantum a summa 2000 in bonis Dzierążnia [25] locatorum, census etiam diminutus provenit in flor. 140 Polon. pro victu, amictu et residentia canonicali et ab 800 flor. in lapidea Arakiełowiciana inscriptis flor. 46 in totum. Obligationes vero intuitu totius fundi 5000 flor. Polon. per erectionem indicati canonico, ultra munia et turnos canonicales missarum conventualium in ecclesia collegiata, impositae sunt, videlicet tres missae quolibet hebdomada absolvendae ad intentionem fundatoris et affundatoris cum obligatione diei et altari et onere providendae sibi cerae et vini, ideoque petiit easdem obligationes suo principali reduci. Nos igitur perspecta erectione, iuribus et oneribus visaque citatione et excusationibus collatorum citatorum civium Zamoscensium super impossibilitate sua augendi praebendae canonicalis

[21] *Andrzej Kłopocki, zob. dokum. nr 44 przyp. 1.*

[22] *Andrzej Rzeszotarski zapewne h. Junosza, bliżej nie znany.*

[23] *Ludwik Szański, bliżej nie znany.*

[24] *Józef Sikorski, zob. dokum. nr 57 przyp. 7.*

[25] *Dzierążnia, wieś, pow. Tomaszów Lubelski, wojew. lubelskie.*

Rutovianae, licet canonicatum praedictum attento decessu fundi et census pro extinguibili reputaremus, nihilominus caristiae temporum et instabilitati rerum, prout ipsa erectio conqueritur in suo contextu originali, defectus omnes imputando, attenta necessitate victus, amictus pro decentia canonicali et turnis canonicalibus spectatis onera quaevis in principali fundo Rutoviano apposita, extinguimus et nisi ad 12 missas ad intentionem fundatoris pro quolibet [s. 68] mense unam computando ab hinc absolvendas canonicum Rutovianum obstringimus. Onus tamen unius missae ex fundo accessorio Choynaciano in capella Annuntiatae Beatissimae Virginis Mariae assignatum libera die et quoties infirmitas non praepedierit tempus eidem canonico reservamus et praecustodimus tollerandum. Vindicationem nihilominus summarum capitalium et census ad evitandam extinctionem praebendae canonicalis seriam iniungimus. Et ita authoritate apostolica in Domino iudicamus et pronuntiamus.

Praebendae poenitentiariorum.

Octavo: comparens personaliter illustris ad. rdus Valentinus Smarzyński canonicus poenitentiarius [26] et adm. rdus Franciscus Matlikiwicz etiam poenitentiarius [27] ecclesiae collegiatae, reproducta citatione, exposuerunt se esse ex fundatione Paczoviana praeaggravatos in eo, quod erecti in titulum praebendis suis habeant annexum onus quotidie matutinis horis in confessionalibus sedere, confessiones poenitentium excipere, quod satis esset et nihilominus sibi a fundatore impositas binas unusquisque in hebdomada altari s. Ioannis Cantii et diebus obligatas ad absolvendum habent, idque ad intentionem fundatoris. Fundus autem 15500 flor. Polon. cum censu per septem eorum in synagogis iudaeorum et bonis minus certis locatus regulariter non fructificat, praecipue his temporibus calamitosis; 3 millia steriliter iacent, summa deinde apud iudaeos Turobinenses haerens ob conflagrationem oppidi illius et domorum periculo interitus subest, ac census integer denegatur, nec in tempore percipitur. Ideo reccurrentes coguntur ex subsidio eleemosinarum pro missis subsistentiam suam curare et residentiam sibi, quam fundator non providit per domos alienas ad habitandum quaerere et providere, petieruntque sibi praedicta onera moderari, prout in scheda. [s. 69] Nos igitur, visa citatione publicata perspectaque erectione anni 1752 ac obligationibus verificatis praebendarum poenitentiariorum praedictarum, attento quod sessio in confessionali quotidiana aequiparetur vinculis et administratio sacramenti poenitentiae sit pars curae animarum gravissima, exigatque vires graves, doctos et multae patientiae, item attento fundo mediocri pro victu, amictu aliisque necessitatibus poenitentiariorum servienti et quod fundator eorum praebendas monoculas habere voluit, de loco tamen et aedificio ad residendum suis praebendariis non prospexit, onera missarum duarum in hebdomada utrique poenitentiario respective imposita ad unam missam in qualibet hebdomada per unumquemque praebendarium respective ad intentionem fundatoris diebus sibi non impeditus ad altare s. Ioannis Cantii absolvendam et absolvendas reduximus, salvis aliis oneribus in erectione appositis authoritate apostolica pronuntiamus et definimus.

Capellanus literatorum.

Nono: comparens personaliter et per suum plenipotentem adm. rdus Mar-

---

[26] *Walenty Smarzyński, zob. dokum. nr 115 przyp. 2.*

[27] *Franciszek Matlikiewicz, doktor filozofii, studiował w Krakowie, był profesorem w kolonii akadem. i kanonikiem kapituły w Ołyce (1733—1736). Po rezygnacji został proboszczem w Krupem. Wiadomość o profesorach s. 177.*

tinus Barański vicarius ecclesiae collegiatae et capellae Beatae Virginis Mariae sub titulo Annuntiationis atque confraternitatis literatorum civium Zamoscensium capellanus manualis, verbo et scriptis exposuit, reproducta citatione, quod sit missis cantatis et lectis capellae praedictae et diebus per varios legantes et benefactores alligatis, nec authoritate ordinaria approbatis, praeaggravatus, siquidem dominicis et festivis omnibus ultra anniversaria, quartualia et votivas Rorate, tenetur missam 102 decantare, tum lectas in simili quasi numero intra annum albsolvere ex praescripto et usu confraternitatis, ad rationem quorum onerum a summis censualibus per confraternitatem sibi cessis, non habet stipendium nisi flor. 396 per annum difficulter a variis censualistis intra et extra Zamoscium repetendum et vindicandum, petiitque sibi in praemissis remedium et moderamen adferri, oneraque reduci, prout in scheda et regestris productis fusius etc. [s. 70] Nos igitur, auditis praemissis, lectisque regestris et inscriptionibus fundorum capellae et confraternitati literatorum servientibus, siquidem nullus fundator et benefactor aliquid inscripsit pro capellano fovendo et constituendo, sed tantum pro missis absolvendis in eadem capella lectis, praecipue quod confraternitas ex instituto suo per se missas decantare et capellanos ad aleemosinam manualem sibi conducere ad cantum missarum ab origine solebat. Nunc vero postquam eadem confraternitas a missa literatorum decantanda defecit et in numero suo personarum imminuta est, proventus legatos pro missis privatis et decore capellae convertit pro capellano et choro conducto ad cantum earundem dominicis et festis diebus missarum, quas immutatis diebus feriatis, per benefactores praescriptis, capellano cantanti applicare pro iisdem benefactoribus eadem confraternitatem disposuit. Idcirco cum advertamus immutatas esse voluntates in parte suorum benefactorum et difficultatem conducendi capellanos ad onera missarum statutis diebus absolvendarum, percipimusque ex regestris perceptarum et expensarum fundos esse diminutos et census difficulter vindicabilis, tolerandum interea esse morem per confraternitatem eandem et capellanos conduci solitos introductum censuimus eo modo, ut ex fundo Dramisciano capellanus iuxta inscriptionem super bonis Czartowiec[28] anno 1679 factam, teneatur respectu census flor. a 2 millibus provenientis in sua capella ad unam missam lectam in hebdomada et unam in mense pro animabus Nicolai et Mariannae, feriis tamen statutis, idque salva contributione pro cera et vino et salva vindicatione census, alius iuxta inscriptionem. Item ex fundo Łosiecіano intuitu census ex agris pendi soliti teneatur ad missas 24, missam lectam a floreno uno grossis sex propter alligationem capellae computando, pro cera et vino reliquus census, qui hodie saltem ad triplum comparative ad valorem antiquum reduci debet, ut efficeret florenos 36 contribuatur. Ex fundo Lipsciano 1300 [s. 71] flor. Polon. iuxta testamentariam dispositionem et inscriptionem anni 1656 intuitu census 91 teneatur ad anniversarium semel in anno pro anima Ioannis sacerdotis et parentum eius apta feria post festum s. Francisci Seraphici decantandum. Quia vero haec obligatio parva est, obligamus insuper capellanum, ut subeat cantum missarum dominicis et festis diebus confraternitati usitatum, cui reliquos etiam minutiores fundos et census antiquos et novos includendo et Zwierzchowscianum et Woźniakowscianum et alios iuxta schedam, per antecedaneum capellanum connotatam, capellae et capellano adscriptos adiungimus, ex quibus censum annuum supputavimus et reperimus ascendere ad 112

---

[28] *Czartowiec, wieś, pow. Tomaszów Lubelski, wojew. lubelskie.*

flor. pro statu Nobis ad praesens adhibito. Intuitu vero huius census et illius Lipsciani missas praefatas literatorum dominicis et festivis diebus decantet, ex quibus 20 missas applicet pro benefactoribus capellae in communi, sex vero specifice applicet, scillicet pro benefactoribus Zwierzchowsciis missas quatuor, iam vero pro Woźniakowsciis duoas, tabellam nominum benefactorum in capella teneat, reliquas cantatas liberas teneat (exceptis anniversariis quartualibus et votivis Rorate, quae distinctim conducuntur et solvuntur) ordinamus. Confraternitas autem ex aliis censibus chorum provideat, atque capellae consulat et praecipue capellanum sibi erigi curet, qui ut colligitur stipendium ad flor. 400 eidem deservire potest, volumus. Et ita praemissis omnibus authoritate apostolica et etiam nostra ordinaria decidimus et definimus.

Praebenda canonicatus Brześciani et Netixana.

Comparens perosnaliter perillis Laurentius Złoba canonicus cathedralis Chelmensis et collegiatae Zamoscensis [29], reproducta citatione quorumvis [s. 72] interesse habentium, exposuit fundum et praebendam suam canonicalem originaliter in summa 5000 flor. Polon. erectam anno 1648, deperiis invindicabiliter quoad tres partes cum suo censu, ita ut ex illis quinque tantum remanet summa fundationalis 1286 flor., a qua adhuc census percipitur flor. 90 pro victu, amictu et tota subsistentia canonicali, obligationes vero per fundatore Simonem Brzeski [30] in erectione canonicatus appositae praeter munia et turnos canonicales in ecclesia collegiata manent duae missae, una qualibet hebdomada anni et altera quolibet mense ad intentionem fundatoris absolvendae, petiitque sibi praemissa onera missarum reduci et per unionem praebendae Netixanae dictae, quae hucusque in titulum non fuit erecta, cum obligationibus pariter moderandis de subsistentia sibi circa ecclesiam hanc collegiatam benigne provideri, prout fusius in scheda etc. Nos igitur, visa citatione legitime executa et verificatis narratis perspectisque literis erectionis et decretis diminutionem fundi probantibus, siquidem nisi pars quarta summae capitalis scilicet 1286 flor. Polon. canonicatui Brzesciano servientibus ob malam locationem eiusdem fundi superexistit, a qua reliqua parte census 90 flor. Polon. annuatim adhuc difficulter solvitur, licet huiusmodi canonicatus pro extinguibili declarandus esset, eundem tamen pro decore ecclesiae conservando, tantum onera duarum missarum privatarum, salvis turnis quoad missas conventuales et aliis officiis in ecclesia praedicta collegiata sustinendis, exstinguimus. Utque canonicatus Brzescianus donec sorte aliqua fundus vindicabitur [s. 73] et redintegrabitur cum suo censu, circa sacrificia sua fundatorem Simonem habeat perpetuo in memento statuimus. Interea eidem canonicatui praebendam manualem Netixanam ex legato gnosi olim Marci Netixae in capella s. Andreae et Mathiae intra eandem ecclesiam collegiatam Zamoscensem ab anno 1647 fundatam in fundo summae capitalis 3 millium flor. Polon., non tamen in titulum erectum, unimus et incorporamus cum suo respectivo annuo censu. Quae quidem praebenda Netixana, siquidem onera trium missarum habet alligata capellae s. Andreae, quae hodie non est instructa suo apparatu ad missas cele-

---

[29] *Wawrzyniec Złoba (Czercycki), doktor filozofii (1754) i obojga praw (1783), profesor ortografii (1757), analogii (1758), fizyki (1759, 1761), logiki (1760), wymowy (1763), prawa cywilnego (1765). Prepozyt kaplicy św. Mikołaja (1763), kanonik zamojski (1765), chełmski (1766), oficjał generalny diecezji chełmskiej (1790), prałat kanclerz kapituły chełmskiej (1791), biskup nominat pomocniczy chełmski (29 II 1792), nie prekonizowany jednakże przez Stolicę Apostolską. Zmarł 13 XI 1804. Wiadomość o profesorach s. 61.*

[30] *Szymon Brzeski, fundator kanonii fundi Brzeski, oficjał bracławski w diecezji łuckiej.*

brandas et ad easdem missas binas in hebdomada, tertiam in mense, intuitu census per octo a centum pro illo tempore, quo grossus unus aequicalebat hodiernis grossis in Regno tribus, fundator praescripsit, ad praesens presbyteri haec onera ob non correspondentem censum et cum difficultate repeti solitum subterfugiebant. Idcirco, ut praedictus canonicus Brzescianus suffragiis et missis in fundatione praescriptis diligentius satisfaceret et census vindicaret, eundem a capella liberamus et unam missam in mense rescindimus, salvo manente pro benefactoribus componentibus eandem praebendam Netixanam et salvis 40 flor. pro cera et vino ad sacristiam, ac aliis per fundationem obligationibus intra collegiatam ecclesiam persolvendis et adimplendis, donec canonicatus praedictus Brześcianus fuerit ad subsistentiam canonici alio modo inpinguatus. Et ita quoad praebendam, prout et ad aliis superioribus articulis, fundationes quasvis [s. 74] legata ecclesiae huic collegiatae Zamoscensis adscriptas et moderatas concludimus quoad immutationem voluntatum ultimarum et suffragiorum diminutionem, nisi per exigentia temporis calamitosi fundationum in suo valore et censu immutatarum et diminutarum, proque consideratione paupertatis et fragilitatis reccurrentium supra specificatorum, accessimus ex indulto apostolico. Propterea cupimus a clero eiusdem ecclesiae ardentiores orationes fieri pro fundatoribus et benefactoribus ad Deum Salvatorem nostrum, ut infinitus valor passionis Domini nostri Iesu Christi et sacrificiorum eius suppleat omnem defectum et diminutionem suffragiorum animarum. Praesensque decretum ex praescripto indulti apostolici communicandum fore in synodo dioecesano, quae primo locuta fieri mandamus, illudque manu nostra subscripsimus et sigillo nostro muniri fecimus. Datum die et anno, ut supra in actis die 12 novembris anno 1770. Felix episcopus.

## Nr 125
## Zarządzenie kapituły w sprawie kaznodziejów przy kolegiacie.

*Zamość, 10 I 1779.*

*Kapituła zamojska na polecenie biskupa chełmskiego wyznacza ze swego grona egzaminatorów dla kaznodziejów kolegiackich. Tych ostatnich zachęca do rzetelnego głoszenia słowa Bożego w świątyni kolegiackiej w Zamościu.*

**Czps.** *ADL A nr 138. Acta iudiciaria et officialia R.D. Melchioris Ioannis Kochnowski, suffraganei et officialis generalis Chelmensis a 20 III 1776 ad 10 I 1779 k. 419; tytuł wpisu:* Ordinatio de concionatoribus.

In nomine Domini amen. Insistendo litterae pastorali et mandato illmi excelmi et rdmi dni episcopi loci ordinarii nostri gratiosissimi deputatur in examinatoribus concionatorum religiosorum illes et adm. rdi ecclesiae collegiatae Zamoscensis canonici: Karasiewicz [1], Kostkiewicz [2], Muszyński [3], quibus et illmus notarius consistorii generalis additur. Coram quibus vel saltem uno

[1] *Paweł Karasiewicz, doktor filozofii i teologii (1782), profesor analogii (1762), poetyki (1763), retoryki (1766), wymowy (1769), logiki (1771, 1773), fizyki (1772), teologii spekulatywnej (1776) i teologii polemicznej (1784), kanonik zamojski (1768) zmarł w 1799. Wiadomość o profesorach s. 63.*

[2] *Zob. dokum. nr 124 przyp. 20.*

[3] *Maciej Muszyński, doktor filozofii i teologii (1782), profesor ortografii (1767), analogii (1769), poetyki (1770), retoryki (1772), wymowy, logiki (1775), fizyki (1777), teologii polemicznej i dogmatyki (1778—1784), kanonik zamojski (1777), proboszcz w Łukowej (1786) i w Mokremlipiu (1798). Wiadomość o profesorach s. 65.*

eorum comparens a suo superiore ordinis expositus in opus ministerii evengelizandi reproducere debet patentales expositionis suae, deinde examinari succinte de notitia testamenti eorum libros et epistolas legat et intelligat, interpretari eosdem libros maxime evangelicos iuxta sensus theologum catholicorum et sanctorum patrum probe sciat, an concordantiam habeat et notitiam rhetoricae ecclesiasticae quoad materiam et formam apte disponendam retineat et callcat. Quam notitiam exemplaribus quoque manuscriptis suis conciones et doctrinas probare poterit. Quibus sic et similiter examinatis ac probatis dabitur fidele testimonium ab examinatore super habilitate clausum, quod obtento ad fidei professionem in cancellaria consistorii generalis coram notario vel officio emittendam et connotandam admitteretur. Licentiamque concionatoris publici in scriptis obtinebit ab illmo dno loci ordinario, sive eius officio generali subscribendam.

Hortabuntur vero eiusmodi concionatores a dnis examinatoribus, quatenus muneri praedicationis suae diligenter incumbant, a politicis materiis, multo magis dicteriis prophanis et scurilibus atque iocosis, nec non ab illis extravegantibus propositionibus, quae probari veraciter nequeant, praecipue in concionibus panegiricis sanctorum et funebribus, tum ab historiis fideliter ab Ecclesia non approbatis et saecularibus, tum a prostitutione peccatorum individua aliisque morum et personarum offendiculis publicis, abstineantur sub poena privationis licentiae.

Datum Zamoscii anno Domini 1779 die 10 ianuarii. Melchior episcopus suffraganeus [4].

## Nr 126
## Wcielenie Zamojszczyzny do diecezji przemyskiej.

*Lwów, 22 II 1782.*

*Gubernium Lwowskie donosi biskupowi przemyskiemu J.T. Kierskiemu, że na mocy nadwornego dekretu ces. Józefa II z 29 I i 13 II 1782 r. część diecezji chełmskiej wraz z Zamościem, pozostająca w granicach Galicji, została inkorporowana do diecezji przemyskiej. Gubernium poleca biskupowi natychmiastowe przejęcie jurysdykcji kościelnej.*

**Or.** *nie znany.*

**Kop.** *ADP (Archiwum Diecezjalne w Przemyślu) nr 88. Litterae et edicta Excelsi Gubernii ad R.D. Thaddaeum Kierski, ep. Prem. a tempore revindicationis Regnorum Galiciae et Lodomeriae emanata. Vol. III (1781—1782) nr 531 s. 61—62; tytuł wpisu:* Incorporatio dioecesis Helmensis 22 februarii 782.

Notam facio hisce illmae rdmae Dominationi Vestrae [1] resolutionem Sacrae Caesareo Regiae Majestatis [2], datam 29 et praesentatam 13 februarii a.c., quatenus pars ea Helmensis dioecesis, quae intra cordonem sita est et a tempore

---

[4] *Melchior Kochnowski, zob. dokum. nr 124 przyp. 13.*

---

[1] *Józef Tadeusz Kierski h. Jastrzębiec (1706—1783), wyświęcony na kapłana w 1733 r., kanonik poznański (1734), a następnie prepozyt tejże kapituły (1738). W r. 1736 został biskupem pomocniczym poznańskim, a w r. 1759 — sekretarzem koronnym. W r. 1760 otrzymał order Orła Białego, zaś w r. 1768 został biskupem przemyskim. Zmarł 16 I 1783. A. Gilewicz, W.A. Serczyk, Kierski Józef Tadeusz. Pol. słow. biogr., t. 12 s. 428 n.*

[2] *Ces. Józef II (13 III 1741 — 20 II 1790), syn Marii Teresy, król niemiecki (1764), cesarz i współrządca z matką (1765), a po jej śmierci jednowładzca (1780); system nazwany od jego imienia powstał wcześniej, ale za jego rządów rozwinął się wszechstronnie.*

mortis illmi rdmi Alexandrowicz[3] vacat, episcopatui Premisliensi sine mora incorporetur, reditus vero bonorum mensae episcopalis, his in Regnis existentium, pro dotatione eorum in hoc Regno episcoporum, quorum proventus per futuram separationem dioecesium diminuetur, interea asserventur. In cuius igitur altissimi mandati obsequium illma et rdma Dominatio Vestra vacantem in hoc Regno Helmensis dioeceseos partem absque minima mora in spiritualibus et disciplinariis dirigendam assumet, atque Gubernio processum suum ad clerum, tam regularem quam saecularem, eatenus edendum et publicationem supremae huius voluntatis continentem, ad inspiciendum et approbandum quantocius transmittat, ut incolae dictae dioeceseos etiam ex parte politica ad agnoscendam hanc novam illmae ac rdmae Dominationis iurisdictionem in spiritualibus admoneri possint.

## Nr 127

## Biskup Kierski donosi o przejęciu jurysdykcji kościelnej w Zamojszczyźnie.

*[Przemyśl], 1 V 1782.*

*Biskup J.T. Kierski donosi Gubernium Lwowskiemu, że zgodnie z zaleceniem nadwornego dekretu przejmie jurysdykcję kościelną w galicyjskiej części diecezji chełmskiej, ogłosi o tym ludowi i duchowieństwu, a dla wygody tychże zamierza ustanowić oficjałat generalny w Zamościu, a na stanowisko oficjała proponuje biskupa Melchiora Kochnowskiego, dotychczasowego sufragana chełmskiego. Biskup prosi gubernium o wyznaczenie dla urzędników oficjałatu odpowiedniego uposażenia, oraz o zapośredniczenie zgody nadwornej kancelarii wiedeńskiej na wysunięte propozycje.*

**Or.** *nie znany.*
**Kop.** *ADP nr 88. Litterae et edicta Excelsi Gubernii ad R.D. Thaddaeum Kierski, ep. Prem., vol. III (1781—1782) nr 531 s. 62—63; tytuł wpisu:* Responsum 1 maii 782.

Excelme et illmae Domine. Cum Augustissima Majestas[1] de 29 et praesentata 13 februarii a.c. clementissime resolverit, ut pars illa Chelmensis dioeceseos, quae his in Regnis sita est, episcopatui meo Premisliensi incorporaretur, in obsequium huius altissimae resolutionis per litteras Excellentiae Vestrae de 22 februarii mihi intimatae, hisce diebus modo primum ea qua par est reverentia receptae, processum ad clerum saecularem et regularem eo intuitu edendum Excellentiae Vestrae communico, cuius publicationem post subsequendam ab Excelso Gubernio inspectionem et restitutionem accelerare non negligam. Interea opportunum est, ut ad agnoscendam et recipiendam meam iurisdictionem spiritualem etiam ex parte politica tam clero quam populo intimetur moderna altissima voluntas et dispositio. Signanter vero necessariam fore intimationem ab Excellentia Vestra faciendam existimo rdmo Kochnowski[2], qua administratori moderno illius dioecesis, ut ab hinc me, qua

[3] *Alojzy Witold Aleksandrowicz (1728—1781), kanonik lwowski, proboszcz skalski k. Kamieńca (1769), dziekan kapituły przemyskiej, kustosz gnieźnieński (1773), koadiutor chełmski i biskup ordynariusz chełmski (1780). Zmarł 12 IX 1781. A. Kossowski, Aleksandrowicz Jan Alojzy. Pol. słow. biogr., t. 1 s. 68.*

[1] *Ses. Józef II (1780—1790), zob. dokum. nr 126 przyp. 2.*
[2] *Melchior Kochnowski, zob. dokum. nr 124 przyp. 13.*

suum loci ordinarium recognoscat et in negotiis spiritualibus recursus faciat. Cum autem occasione huiusmodi incorporationis ad administrandam rite in spiritualibus et disciplinariis iurisdictionem pro maiori totius cleri et populi illius partis commoditate rdmum Kochnowski suffraganeum Chelmensem, virum omni exceptione maiorem, in partem solicitudinis meae pastoralis vacare, eundemque vicarium in spiritualibus et officialem generalem quoad partem incorporatae dioecesis constituere in animo habeam, supplicandum mihi venit Excelso Gubernio, quatenus mediante sua ad augustissimam aulam repraesentatione de congrua, tam eiusdem officialis generalis quam aliarum personarum ad cancellariam consistorialem necessariarum, pensione et variorum eiusdem cancellariae onerum supportatione providere dignetur.

## Nr 128
## Utworzenie oficjałatu generalnego w Zamościu.

*Brzozów, 22 VI 1782.*

*Józef Tadeusz Kierski, biskup przemyski, zgodnie z zarządzeniem ces. Józefa II, ogłasza przejęcie jurysdykcji kościelnej nad diecezją chełmską w granicach zaboru austriackiego. Celem sprawniejszego zarządu ustanawia dla tej części diecezji oficjałat generalny w Zamościu, a na stanowisko oficjała generalnego powołuje biskupa Malchiora Jana Kochnowskiego.*

**Or.** *nie znany.*
**Druk. 1.** *ADL A nr 148. Acta iudiciaria et officialia pro parte dioecesis Chelmensis in Regnis Galiciae et Lodomeriae sitae R.D. Melchioris Ioannis Kochnowski, suffraganei Chelmensis sub Thaddaeo Kierski, ep. Prem. ex annis 1782—1783 k. 2 a (Druk współczesny);* **2.** *Nr 409. Rozporządzenia biskupów chełmskich i przemyskich 1777—1791 s. 141 (Druk współczesny).*

Iosephus Thaddaeus de Kiekrz Kierski [1] — —. Universo cleri — — pastoralem nostram benedictionem. Noverint fraternitates vestrae sub die 22 mensis februarii anni currentis ad Nos ab Excelso Regnorum Galiciae et Lodomeriae Gubernio Leopoliensi directas esse literas, iisdemque intimatam altissimam Sacratissimae Caesareo Regiae et Apostolicae Majestatis [2] d.n.C. voluntatem, quomodo haecce Augustissima Majestas sub data die 29 et praesentata 13 mensis suprafati februarii clementissime resolverit, partem eam dioeceseos Chelmensis, quae in his Regnis Galiciae et Lodomeriae sita est, ac a tempore mortis illmi et rdmi olim Aloysii Witoldi Alexandrowicz episcopi [3] eius ultimi et immediati possessoris vacat, episcopatui nostro Premisliensi incorporandam et per Nos absque mora in spiritualibus et disciplinaribus assumendam regendamque esse voluit. Nos igitur in obsequium altissimae eiusmodi voluntatis primam literam nostram pastoralem ad fraternitates vestras dirigimus et ordinamus, hortantes easdem, ut praefatae Helmensis dioecesis his in Regnis existentem partem dioecesi nostrae Premisliensi, sicut praemissum est, incorporatam et inisceratam esse sciant. Nosque sui verum et indubitatum pastorem agnoscant, tamque nostris ordinationibus quam illmi et rdmi Melchioris Ioannis Kochnowski episcopi Dionysiensis, suffraganei et archidiaconi cathedralis Helmensis equitis ordinis s. Stanislai Episcopi et Martyris [4] in partem solicitu-

[1] *Józef Tadeusz Kierski, zob. dokum. nr 126 przyp. 1.*
[2] *Ces. Józef II (1780—1790), zob. dokum. nr 126 przyp. 2.*
[3] *Alojzy Witold Aleksandrowicz, zob. dokum. nr 126 przyp. 3.*
[4] *Melchior Jan Kochnowski, zob. dokum. nr 124 przyp. 13.*

dinis nostrae pastoralis vocati atque quoad hancce incorporatam dioecesis Helmensis partem, pro maiori totius cleri et populi commoditate, cum plenitudine quarumvis facultatum constituti vicarii in spiritualibus et officialis nostri generalis (ab hinc non iam Helmensis, sed Zamoscensis nominandi) mandatis quibusvis obtemperent. Quae dum fraternitatibus vestris authoritate nostra ordinaria magnopere commendamus, insuper iisdem pastoralem nostram benedictionem peramanter impertimur. Praesentesque via cursoria ordinaria per illustres locorum decanos ad singulas, tam parochiales quam regularium quorumvis incorporatae supra expressae dioecesis Helmensis ecclesias dirigi et transmitti; transmissas et receptas valvis maioribus earundem ecclesiarum affigi, ac populo ad divina congregato per respective locorum parochos et superiores post conciones breviter et succincte Polonico idiomate aliquo die dominico vel festo publicari volumus. In quorum fidem — —. Datum Brzozoviae [5] in palatio nostro episcopali die 22 iunii anno Domini 1782.

## Nr 129
## Nominacja wikariusza generalnego dla austriackiej części diecezji chełmskiej w Zamościu

*Brzozów, 22 VI 1782*

*Józef Tadeusz Kierski, biskup przemyski, po wcieleniu galicyjskiej części diecezji chełmskiej do biskupstwa przemyskiego, mianuje biskupa M.J. Kochnowskiego, sufragana chełmskiego i kustosza zamojskiego, wikariuszem generalnym dla tejże części diecezji. Równocześnie deleguje mu pełną władzę do spełniania jurysdykcji kościelnej na tym terenie z prawami subdelegacji z wyjątkiem obsadzania pralatur i kanonii przy kolegiacie zamojskiej.*

**Or.** *nie znany.*
**Kop.** *ADL A nr 148. Acta iudiciaria et officialia pro parte dioecesis Chelmensis in Regnis Galiciae et Lodomeriae sitae R. D. Melchioris Ioannis Kochnowski, suffraganei Chelmensis sub Thaddaeo Kierski, ep. Prem. ex annis 1782—1783 k. 3a—4a.*

Iosephus Thaddaeus de Kiekrz Kierski [1] — — illmo et rdmo Melchiori Ioanni Kochnowski [2] — — fraternam observantiam. Cum Augustissima Caesareo Regia et Apostolica Majestas sub die 29 et praesentata 13 mensis februarii anni currentis resolverit clementissime, partem eam dioecesis Helmensis, quae in his Galiciae et Lodomeriae Regnis sita est, ac a tempore mortis illmi et rdmi olim Aloysii Witoldi Alexandrowicz episcopi [3] eius ultimi et immediati possessoris vacat, episcopatui nostro Premisliensi incorporandam et per Nos absque mora in spiritualibus et disciplinariis assumendam regendamque esse voluerit. Nos igitur parendo huic altissimae voluntati, nec non commodo spirituali eiusdem incorporatae partis dioecesis Helmensis prospiciendo, ut faciliorem et occurrentibus negotiis recursum et celeriorem iustitiae administrationem habere possit, fraternitatem vestram cuius excellentissimas animi dotes ac in rebus gerendis maximam dexteritatem optime no-

[5] *Brzozów, miasto powiatowe, wojew. rzeszowskie, dawna rezydencja biskupów przemyskich.*

[1] *Józef Tadeusz Kierski, zob. dokum. nr 126 przyp. 1.*
[2] *Melchior Jan Kochnowski, zob. dokum. nr 124 przyp. 13.*
[3] *Alojzy Witold Aleksandrowicz, zob. dokum. nr 126 przyp. 3.*

tam compertamque habemus, in partem solicitudinis nostrae pastoralis invitandam ac vicarium in spiritualibus et officialem generalem nostrum pro eadem nova incorporata dioecesis parte constituendum esse duximus, uti quidem in Dei nomine invitamus et constituimus per praesentes ad beneplacitum nostrum valituras, dantes et concedentes fraternitati vestrae plenam et omnimodam potestatem ac specialem mandatum per et intra dictam incorporatam dioecesis partem causas omnes et singulas ad forum ecclesiasticum de iure et consuetudine quocumque modo spectantes, maiores et minores, criminales et civiles, personales et reales ac mixtas et inter quascunque personas motas et movendas audiendi, et servata forma iudiciarii processus, seu etiam summarie et de plano cognoscendi, indecisas et pendentes continuandi, ac debito modo et ordine iuris terminandi. Iurisdictionemque eiusmodi in quasvis personas praefatae incorporatae dioecesis spirituales et saeculares ac etiam in regulares utriusque sexus et cuiuslibet instituti, exercendi, sententias interlocutorias et definitivas ferendi, easque iuxta praescriptum iuris, etiam invocato bracchio saeculari, executioni demandandi, citationum, monitorum, inhibitionum et aliorum his similium, literas decernendi et relaxandi, contumaces et inobedientes reique iudicatae non parentes censuris ecclesiasticis comprimendi, eosque ab officiis, beneficiis, prout iuris est, suspendendi, privandi et deponendi, ab iisdemque censuris, tum etiam aliis quibusvis Nobis quocunque modo reservatis in utroque foro absolvendi, contra simoniacos, blasphemos, sacrilegos, aliorumque quorumvis criminum, quorum cognitio pertinet ad forum ecclesiasticum reos et publicum scandalum fidelibus praebentes, cuiuscunque status et conditionis sint, ex officio inquirendi, convinctos, servato iure in procedendo et modo in puniendo, castigandi, vel pro sumendis poenis ad quem de iure remittendi, poenasque decreti rescindendi, super bannis ante contractus matrimoniales de iure praerequisitis ex causis iustis, tum quibusvis impedimentis matrimonium habentibus propriam parochiam, ex causis gravibus (rarissime tamen) parochos ad assistendum matrimonium assignandi, causas omnes matrimoniales, tam quoad separationem a foro quam quoad divortium a vinculo, tum professionem religiosorum cognoscendi, iudicandi, decidendi, ecclesias, altaria et oratoria, tam aedificata quam aedificanda, benedicendi, indulta pro capellis quibusvis (non amplo tam quam ad decursum unius anni), tum etiam ab esum carnium iuxta dispositionem iuris concedendi, interdicta relaxandi, in irregularitatibus et votis dispensandi, libros typo imprimendos approbandi, aut pro exigentia rei reprobandi. Facultatem non residi penes ecclesias ex causis gravibus et iustis ac non frequenteret breve tempus, tum etiam consensus ad arendandos beneficiorum proventus concedendi, literas commendatitias et testimoniales, tum habilitatis concedendi, ad beneficia quaevis curata et simplicia cuiuscunque iuris patronatus sint (exceptis praelaturis et dignitatibus et canonicatibus ecclesiae Insignis Collegiatae Zamoscensis), servatis de iure servandis, instituendi, commissarios monialium tum confessarios earundem etiam regularibus subiectarum ordinarios et extraordinarios ac capellanos deputandi, licentias pro ingressu in clausuras monasteriorum earundem monialium pro rebus tantum necessariis, medico, hirurgo, artificibus operariis et baiulis, ac etiam stante infirmitate confessario, similiter pro egressu e monasterio iisdem monialibus ex causa rationabili, tum pro accessu ad crata impertiendi. Resignationes beneficiorum etiam ex causa permutationis recipiendi, erectionibus, unionibus, dismembrationibus ecclesiarum quarumvis, si necessitas et utilitas earundem

postulaverit, authoritatem suam interponendi, onerosas obligationes missarum et aliarum devotionum ex vi fundationis impositarum, ob circumstantias iustas et causas graves (non tamen illas, quae iam sunt reductae) reducendi et ad proportionem censuum moderandi. Concursus ad beneficia indicendi et testimonia de dignioribus exhibendi, coadiutores ecclesiarum parochialium imperitis et infirmis dandi, fundationes quasvis, pia legata, testamenta defunctorum clericorum approbandi, admittendi et ratificandi, aut ob defectum solemnitatum de iure requisitarum cassandi, et pro nullis declarandi. Post defunctos clericos intestatos derelicta quaevis (non alias nec aliter tamen, nisi ad mentem altissimarum caesareo regiarum ordinationum) disponendi, locationes et conductiones proventuum beneficialium, ac alios licitos et honestos contractus admittendi. Usum pontificalium per et intra illam partem dioecesis exercendi et dandi, nec non dimissorias extra dioecesim neoordinandis concedendi, ad obeundas suas vices Zamoscii cum simili vel limitata potestate iudices duos surrogandi. Decanos foraneos in ante creatos manutenendi, aut ex causa iusta immutandi et novos deputandi, ecclesias tam saeculares quam regulares, quorumvis utriusque sexus etiam conventuum formalium, toties quoties opus fuerit, tum collegiatam Zamoscensem quoad clerum, tam maiorem quam minorem, visitandi et inspiciendi, officiales cancellariae, uti notarium, matrimoniorum defensorem, regentem et fiscalem creandi, acta publica aperiendi, instrumenta quaevis in occurrentibus variis negotiis extradendi. Verbo omnia et singula (praeter superius excepta) quaecunque Nosmetipsi facere, gerere et exequi possemus, etiamsi maiora fuerint et talia, quae mandatum speciale exigunt, faciendi, gerendi et exequendi. Mandamus itaque omnibus et singulis praefatae incorporatae partis dioecesis Helmensis, iurisdictioni nostrae ordinariae subiectis, spiritualibus et saecularibus, ut fraternitatem vestram in spiritualium vicarium et officialem nostrum generalem agnoscant, eidemque tum dominis iudicibus per ipsum subrogandis, in omnibus praemissis et aliis quibusvis ad officium eiusmodi officialatus generalis spectantibus pareant, obediant, obtemperent, debitamque reverentiam exhibeant. In quorum fidem — —. Datum Brzozoviae [4] in palatio nostro episcopali die 22 iunii anno Domini 1783.

## Nr 130

## Unia kanonikatu fundi Paczoski z kanonią penitencjarią.

*Zamość, 28 X 1782.*

*Melchior Jan Kochnowski, biskup dionyzeński i oficjał generalny zamojski, na prośbę kapituły zamojskiej przyłącza kanonię fundi Paczoski do kanonii penitencjarii i tworzy jedną prebendę kanonicką, oraz określa obowiązki kanonika penitencjarza.*

**Czps.** *ADL A nr 148. Acta iudiciaria et officialia pro parte dioecesis Chelmensis in Regnis Galiciae et Lodomeriae sitae R.D. Melchioris Ioannis Kochnowski, suffraganei Chelmensis sub Thaddaeo Kierski, ep. Prem. ex annis 1782—1783 k. 36—37'; tytuł wpisu:* Decretum unionis praebendae Paczovianae canonicatui poenitentiario in ecclesia collegiata Zamoscensi latum et publicatum.

**Kop.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 51. Akta i dokumenty dotyczące kanonii penitencjarii fundi Paczoviani z lat 1761—1839 s. 8—14, 38—42.*

---

[4] *Brzozów, zob. dokum. nr 128 przyp. 5.*

Coram illmo rdmo dno Melchiore Ioanne Kochnowski [1] — — in eius publica causarum audientia, comparens personaliter rdus Paulus Romanowicz Insignis Collegiatae Zamoscensis vicarius [2] vblis capituli Zamoscensis ad infrascripta specialis plenipotens, in termino hodierno ex literis cridae, debite ut a tergo apparebat executis et conservatione in actis in diem hanc devenienti, contumaciam omnium et singulorum ius et interesse aliquod ad unionem praebendae Paczovianae canonicatui poenitentiario in ecclesia collegiata Zamoscensi faciendam habentium, vel se hebere putantium coniunctim vel divisim et praetendentium, literis cridae citatorum, quatenus non comparentium accusavit. In quorum contumaciam proposuit quandoquidem ob mutatas circumstantias temporum diminutionem publicam censuum a summis capitalibus provenientium, praebenda poenitentiaria altera Paczoviana congruam sustentationem pro altero sacerdote habere nequit et propterea a morte olim adm. rdi Francisci Matlikiewicz [3] ultimi illius et immediati possessoris hucusque vacat. Proinde inhaerendo iuribus clare disponentibus praebendam unam ob paupertatem seu insufficientiam suam ad sustentationem canonicam sacerdotis posse uniri alteri praebendae, insistendo concilio Tridentino, praebendam poenitentiariam in ecclesiis cathedralibus, collegiatis et aliis locis insignioribus, etiam cum unione proventuum alicuius praebendae, constituere episcopis disponenti, attento assensu vblis capituli Zamoscensis, uti patroni dictae praebendae Paczovianae vacantis super unione eiusdem praebendae canonicatui poenitentiario Insignis Collegiatae Zamoscensis sub actum in capitulo partiali 1782 anno die 1 mensis maii emanato [4], praefatam praebendam Paczovianam, suppresso illius titulo cum omnibus summis, censibus, obventionibus, nunc et in perpetuum, canonicatui poenitentiorio in ecclesia collegiata Zamoscensi constituto et canonice erecto, authoritate ordinaria uniri, incorporari, inviscerari debita cum instantia petiit et postulavit.

Et in continenti quoniam erectio originalis pro duobus poenitentiariis in ecclesia collegiata Zamoscensi de anno Domini 1753 die mercurii 6 mensis iulii facta [5], et post authoritate ordinaria approbata, habet in se quasdam obligationes non clare expressas, utpote quod satis fieri possit obligationi sedendi in confessionali quotidie impositae per aliam personam sacerdotalem idoneam, saecularem vel regularem, tum quomodo finis devotionis ad quem sedere poenitentiarium fundator obligavit intelligendus sit, item tres menses de iure concilii Tridentini canonicis, ut possint a sua ecclesia abesse, non sunt expressi in posteriore erectione elevationis, videlicet unius praebendae poenitentiariae ad canonicatum poenitentiarium ecclesiae collegiatae Zamoscensis anno Domini 1761 die veneris 16 mensis octobris [6], tum si personaliter dictus canonicus poenitentiarius ad infirmum praerequiratur ibidem sacramenta infirmo poenitentiae, Eucharistiae et extremae unctionis admini-

---

[1] *Melchior Jan Kochnowski, zob. dokum. nr 124 przyp. 13.*

[2] *Paweł Romanowicz, wikariusz a nieco później (po 1782) kanonik penitencjarz zamojski; zwiększył wydatnie uposażenie tejże kanonii. Żył jeszcze w 1792 r Wiadomość o profesorach s. 88, 275.*

[3] *Franciszek Matlikiewicz, doktor filozofii, kanonikiem zamojskim i profesorem na Akademii został w r. 1733; 27 VI 1736 r. zrezygnował i otrzymał parafię Krupe. Wiadomość o profesorach s. 177.*

[4] *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 415. Acta capitulorum, vol. 3 (1750—1825) s. 206 n.*

[5] *Zob. dokum. nr 110.*

[6] *Zob. dokum. nr 115.*

straret, vel infirmum in viam salutis aeternae disponat, deobligetur a sedendo in confessionali pro tunc in ecclesia, vel si episcopo pontificaliter celebranti assistat, adeoque pro tunc in confessionali non possit sedere, adeoque has conditiones et obligationes non sat clare expressas ad pacem et tranquilitatem conscientiae poenitentiariorum dilucidari humiliter supplicavit, salvo etc.

Et illmus et rdmus dnus supranominatus Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Dionysiensis — — pro iudiciis sedens, audita suprascripta instantia, visis lectisque literis cridae, legitime sub die 3 mensis augusti anno currenti publicatis et executis, ante omnia omnes et singulos ius et interesse aliquod ad unionem praebendae Paczovianae canonicatui poenitentiario Insignis Collegiatae Zamoscensis habere, vel se habere putantium et praetendentium, ultra horam audientiae expectatos et non per se, nec per suos procuratores comparentes, contumaces prout merito erant, suadente iustitia, reputavit, in quorum contumaciam tulit decretum, prout scheda illudque in cancellaria se publicaturum declaravit, hac sua sententia mediante, praesente perilli rdo Andrea Kostkiewicz IUD et professore, ecclesiarum cathedralis Chelmensis et Insignis Collegiatae Zamoscensis canonico[7] et me Francisco Brzeski actorum consistorii generalis Zamoscensis notario substituto[8]. Et illmus rdmus dnus Melchior Ioannes Kochnowski — — aperiendo teminum pro versato habitum dedit ad acta sententiam manu propria subscriptam tenoris sequentis, videlicet: Nos igitur Christi nomine invocato, matura deliberatione praehabita, de consilio iurisperitorum, attento statu fundationis Paczovianae, deinde statu affundationis Smarzinscianae, subsequente vero statu reductionis obligationum praebendis binis poenitentiariorum dictis impositarum ac praescriptarum, qualiter hi status ob varias temporis, regionis et legis publicae mutationes necessario sequelam suae etiam mutationis in primitiva institutione sua passae sunt, quinimo etiam ex causa reductionis publicae censuum ecclesiasticorum et summarum fundationalium sub varium ius regionale distractionis ac divisionis in eas perplexitates devenerunt, ut sacerdotes pertaesi facile praefatas praebendas poenitentiarias de insufficientia substantiae incusare, ac deserere cogerentur, atque de earundem praebendarum oneribus et obligationibus, tam in primaeva fundatione simplici quam in subsequente affundatione se elevatione unius praebendae in canonicalem, appositis et incumbentibus, saepenumero iurisdictioni loci ordinariae conqueri iidem sacerdotes non cessarent, prout id ex statibus variatis ab anno erectionis 1753 aliisque documentis et processibus, diversi modo coram iudicio praesenti reproductis, eruitur et evidenter constat. Idcirco spectata necessitate et inhaerendo dispositioni sacrosancti concilii Tridentini de uniendis praebendis signanter in ecclesiis maioribus[9] favore canonici poentientiarii conservandi privilegiata, nec non authoritate ordinaria ad exequendum commissa deferendum esse instantiae vblis capituli ecclesiae collegiatae et parochialis Zamoscensis per suum specialem rdum plenipotentem et mediante consensu capitulari expositae, assentiendum pro unione duximus, vacantem alteram praebendam post obitum adm. rdi Francisci Matlikiewicz eamque derelictam canonicali prae-

[7] *Andrzej Kostkiewicz, doktor filozofii i obojga praw (1781), profesor w Olyce, a następnie w Zamościu (1761), gdzie wykładał ortografię, gramatykę i analogię (1761), retorykę (1762), logikę (1765), wymowę (1766) fizykę (1770) i prawo cywilne (1773/84); był też kanonikiem zamojskim (1768) i chełmskim (1780). Zmarł 22 II 1798. Wiadomość o profesorach s. 63.*

[8] *Franciszek Brzeski, profesor kolonii akademickiej w Olyce i scholastyk tamtejszej kapituły kolegiackiej (1716—1722). Zob. Wiadomość o profesorach s. 176.*

[9] *Sess. XXI de reform. cap. 5 (Concilii Tridentini canones et decreta s. 107).*

bendae poenitentiariae cum omnibus iuribus, summis, proventibus et emolumentis respectivis, authoritate qua fungimur ordinaria, in effectu unimus, adscribimus, incorporamus et invisceramus, ut scilicet unus canonicus poenitentiarius in dicta ecclesia collegiata utraque praebenda Paczoviani et Smarzoviani fundi tanquam una portione congrua pro semper et perpetuo gaudeat, possideat et fruatur locumque amplius collationis adiunctae praebendae in ecclesia et capitulo seorsim non habeat. Et quoniam pars agens et simul de muneris poenitentialis regula temporali per erectionem definita expressam declarationem et definitionem pro canonico poenitentiario in eadem ecclesia collegiata ac simul parochiali serviente exigit et postulat, Nos proinde licet in erectione originali sub datum Zamoscii die 6 mensis iulii anno 1753 facta, tempus sessionis poenitentiarii in confessionali ecclesiae generice determinatum esse perspeximus, quod poenitentiarii ad perseveranter audiendos confessiones matutinis horis totius ecclesiasticae devotionis quotidie teneantur, declaramus id officium poenitentiale strictissime diebus dominicis, festis et solemnioribus aliis intra ecclesiam collegiatam accipi et observari debere ob concursum populi et exigentiam poenitentium in ecclesia hac confiteri volentium, neque confessarium recedere debere, nisi necessitate legitima, uti summi sacri habendi, respirii brevis, aut missae suae privatae absolvendae ad unam mediam horam avocatus fuerit. Diebus tamen feriatis et populo duntaxat absente sufficere, si in confessionali praedictus canonicus poenitentiarius, absentibus poenitentibus, ad finem vitivae in capella s. Nicolai celebranda sedeat, determinamus et definimus. Quod vero attinet declarationem alterius clausulae propositae, an videlicet eidem muneri satisfieri possit a canonico poenitentiario per substitutum in locum sui alium sacerdotem saecularem vel regularem ad audiendas confessiones approbatum, id fieri posse, modo id non fit saepe et sine causa, decernimus et declaramus. Quantum spectat ad tres menses canonici a sua ecclesia sese absentandi de iure concilii permissos, modo id non fiat in magnis festivitatibus, neque sub tempus confessionis paschalis, aut per continuos tres menses, etiam illustrem canonicum poenitentiarium posse abesse, non substituto in locum sui alio sacerdote, pronuntiamus et decernimus. Insuper cum munus poenitentiarii sit pars curae animarum specialis in parochiali ecclesia, ideo quoties poenitentiarius ordinarius (de quo res nunc agitur) per infirmos poenitentes avocatus de confessionali in domum, ut eat, fuerit, iieritque per se ad infirmum pro ministerio sacramenti poenitentiae, vel alterius erga moribundos obsequia actu qua vocatus et electus, toties satisfacere eum muneri suo et fundationi censemus, nec pro tali casu absentiae a confessionali ordinario teneri canonicum poenitentiarium in templo, nec ad admittendam portionem fructus et emolumentis alicuius sibi debiti in capitulo stringi valeat, ordinamus. Taliterque salvis ceteris obligationibus ex fundationis et reductionis missarum decreto incumbentibus adimplendis poenitentiarium canonicum imposterum geri debere in suo munere decernimus et sententiamus. Melchior Kochnowski.

## Nr 131

## Prośba kapituły o zachowanie Akademii Zamojskiej.

*Zamość, 27 III 1783.*

*Kapituła zamojska zwraca się do sejmu galicyjskiego z prośbą o pośrednictwo w Gubernium Lwowskim i u ces. Józefa II o potwierdzenie praw*

*i przywilejów Akademii i kapituły, oraz o zezwolenie na działalność obydwu instytucji w dotychczasowym wymiarze.*

Or. *Bibl. PAN Kraków. Sygn. 2387/II. Zbiór dokumentów XVI—XVIII w. (bez paginacji pod datą 27 III 1783).*
*WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 304. Kapituła zamojska prosi władze austriackie o pozostawienie Akademii 1783 ss. 3 (Brulion).*

Excelsi status Regnorum Galiciae et Lodomeriae. Capitulum ecclesiae collegiatae Zamoscensis generaliter congregatum perquam officiosissime interpellat authoritatem vestram rogatque humillime praesentibus, ut pro approbatione iurium, privilegiorum et praerogativorum scholarium Academiae Zamoscensis ad Augustissimam Majestatem dominum nostrum clementissimum sese interponere Viennam, immo respective et ad Excelsum loci Gubernium non dedignetur, atque benigne allaboret, ne eadem Academia per consequens ipsummet capitulum in statu quo conservatum, aliquid in futurum detrimenti patiatur. Causam vero et rationem interpellandi habet:

1° Quia ex erectionibus suis, prope ducentorum annorum usu firmatis, idem capitulum et Academiae Zamoscensis unum corpus efficiunt influentiamque, vi iurium connexorum in muniis suis ad invicem tenent, adeo ut posita unius instituti academici aliqua mutatione, alterum institutum capitulare sentiret derogationem, tanquam coetus doctoralis, praesidentialis et conacademicus.

2° Quia olim Respublica Polona utriusque huius instituti iura et privilegia indivisim confirmare et praecustodire aliquoties dignata est, tanquam iura inseparabilia et mutuis vinculis dotationis ac regiminis colligata et suffulta.

3° Causam deinde instandi pro manutentione et confirmatione in statu quo Academiae eiusdem habet capitulum; equidem hac Academia per serenissimos reges, incipiendo a Sigismundo III de anno 1601 [1] eiusque successoribus Wladislao IV anno 1634 [2], Ioanne Casimiro anno 1666 [3], Michaele anno 1669 [4], nec non a Sede Apostolica per quinque pontifices summos cum aliis gentium universitatibus coaequata est, illaque in suis facultatibus studiorum et praerogativarum satis fideliter pro publico laborando meruit per bina saecula in paritate aliarum universitatum pro viribus ambulare. Neque aliquando vel in religione, vel in educatione, vel in obedientia defecit, ac merita sua priora et potiora in hac parte Galliciano Russica numerantur supra omne aliud institutum scholare.

4° Ideo evenit, ut illa sola ius privativum Academia seu Universitatis in ducatu Russiae a serenissimo olim rege Michaele et sortietur et obtineret. Iam vero inter confirmatores iuris sui privativi alios successive reges Ioannem III [5], Augustum II [6], Augustum III [7] sibi computaret, ac denique sub

---

[1] *Zob. dokum. nr 9.*

[2] *Władysław IV, król polski (1632—1648) potwierdził prawa i przywileje Akademii Zamojskiej w 1634 r.*

[3] *Jan Kazimierz dokumentem z 22 V 1666 r. zatwierdził przywileje Akademii. Bibl. PAN Kraków. Sygn. 2383/I. Documenta ad civitatem 1580—1782 s. 66—68.*

[4] *Michał Korybut Wiśniowiecki, król polski potwierdził przywileje Akademii i jednocześnie obdarzył jej profesorów nobilitacją dokumentem z 26 XI 1669. Bibl. PAN Kraków. Sygn. 2383/I. Documenta ad civitatem 1580—1782 s. 69—72.*

[5] *Jan III Sobieski, król polski potwierdził przywilej króla Michała w dokumencie z 26 II 1676 r. Bibl. PAN Kraków. Sygn. 2383/I. Documenta ad civitatem 1580—1782 s. 73—74.*

[6] *August II Sas, król polski potwierdził przywileje Akademii, nadane przez Jana III So-*

serenissimo Stanislao Augusto pariter rege Poloniae constitutionem reipublicae in anno 1764 declaratoriam [8] approbatoriamque pro se consecuta esset, quatenus inter binas Academias Polonas Cracoviensem et Vilnensem, haec tertia Zamoscensis et intermedia Academiarum circa aequalia iura et praerogativas conservaretur.

5° Quia fundator et dotator Ioannes magnae memoriae Zamoyski supremus olim Regni Poloniae cancellarius [9] non ad gloriam sui, sed ad utilitatem publicam hocce institutum academicum in his regionibus Russico Gallicianis de anno 1601 introduxit, meruitque ac meretur altam protectionem bonae voluntatis suae a statibus inclytis Regnorum Galiciae et Lodomeriae sibi praestari. Quoniam his Regnis olim ex scholaribus prima quasi fundamenta scientiarum ipse iecit per sacrificium suae substantiae et curam gloriae pro Majestatibus.

6° Licet autem haec Academia pro formalitate suae Universitatis solam tantum facultatem medicam, quae nunc in uno medico theorico consistit, sentiat se habere defectuosam, in eademque facultate graduum doctoralium collationem sicut in aliis principalioribus facultatibus exercere consuevit, non exerceat, id tantum non in defectum negligentiae, sed inopiae redundat, quae inopia suppleri cum tempore posset saltem ex fundo monasterii intra Zamoscium extincti, dummodo Augustissimae Majestatis robur iuribus innocuis et statui academico subsidium pro suprema sua in artes providentia accedere visum fuerit [10].

Igitur supplicat memoratum capitulum pro se atque pro sua consociali Academiae communitate, quatenus tam circa antiqua iura docendi, quam circa praerogativas laureandi studiosos ad obsequium Galicianorum extraneorumque subiectorum protegatur, simulque approbationi et manutentioni altissimae principis et domini nostri clementissimi Iosephi II imperatoris Augusti [11] iusto consilio vestro subiiciatur ac remonstretur. Datum Zamoscii in conclavi capitulari die 27 martii anno Domini 1783.

## Nr 132

### Prośba do ces. Józefa II o zachowanie Akademii i Kapituły.

*Zamość, [1783].*

*Profesorowie, dziekani wydziałów i rektor Akademii Zamojskiej przedkładają ces. Józefowi II prawa i przywileje tejże Akademii i kolegiaty zamojskiej do zatwierdzenia.*

**Or.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 305. Pisma do cesarza w sprawie Akademii s. 1—6 (or. pap., bez pieczęci).*

Universitas Studiorum Zamoscensis in Regno Lodomeriae sita pro cle-

---

*bieskiego, dokumentem z 30 I 1717 r. Bibl. PAN Kraków. Sygn. 2383/I. Documenta ad civitatem 1580—1782 s. 75—76.*

[7] *August III Sas, król polski potwierdził przywileje Akademii Zamojskiej dokumentem z dnia 25 XI 1746 r. Bibl. PAN Kraków. Sygn. 2383/I. Documenta ad civitatem 1580—1782 s. 77—78, 79—80.*

[8] *Wiadomość o profesorach s. 30.*

[9] *Jan Zamoyski, zob. dokum. nr 1 przyp. 2.*

[10] *W brulionie punkt 6 cały przekreślony.*

[11] *W aktach kapituły zamojskiej brak tego dokumentu (WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 415. Acta capitulorum, vol. 3 (1750—1825) s. 212).*

mentissima approbatione iurium et privilegiorum suorum humillime supplicat, quae iura sequenti serie summarie deducit:

1° Erexit Universitatem Zomoscensem Ioannes Zamoyski supremus olim Regni Poloniae cancellarius et exercituum dux [1], cui erectioni subscripsit Stanislaus Gomoliński episcopus Helmensis tanquam loci ordinarius anno 1600 [2], constat id ex instrumento sub litera A.

2° Approbavit eandem Universitatem, tribuendo ei iura, immunitates et privilegia universitatum, serenissimus Sigismundus Augustus (sic) rex Poloniae anno 1601 [3] sub litera B.

3° Innovavit eandem approbationem serenissimus Wladislaus IV rex Poloniae anno 1634 [4], constat id ex instrumento sub litera C.

4° Innovavit dictam approbationem et Academiam in patrocinium suum regium atque totius reipublicae ad normam Academiae Cracoviensis cum omnibus eius privilegiis, immunitatibus, gratiisque tam a Sancta Sede Apostolica, quam a serenissimis praedecessoribus suis dicti Universitati Zamoscensi singulisque in ea personis concessis assumpsit et adaptavit serenissimus Ioannes Casimirus rex Poloniae anno 1666 [5], constat id ex instrumento sub litera D.

5° Innovavit eandem approbationem et privilegia ac in protectionem suam regiam suscepit serenissimus Michael rex Poloniae anno 1669 [6], decrevitque insuper hanc solam et unicam Academiam tanquam Studii Generalis Universitatem in ditionibus suis Ducatus Russiae esse debere, scholas vero omnes quocunque nomine erectas aut erigendas impedientes illaque generalia studia (exceptis scholis parochialibus rudimentorum) in circuitu duodecim [s. 2] milliarium ab Academia Zamoscensi ad instar Academiae Cracoviensi omnino prohibuit, insuper omnes professores eiusdem Academiae tam actu laborantes, quam etiam exprofessores optime de praefata Academia meritos ad praerogativam nobilitatis admisit, idque iuxta formam privilegii a serenissimo Sigismundo Augusto magistratui civitatis regiae Vilnensis collati, constat id ex instrumento sub litera E.

6° Innovavit eadem privilegia in omnibus punctis in forma speciali serenissimus Ioannes III rex Poloniae anno 1676 [7], constat id ex instrumento sub litera F.

7° Innovavit eadem privilegia pariter in forma speciali serenissimus Augustus II rex Poloniae anno 1717 [8], constat id ex instrumento sub litera G.

8° Innovavit denique eadem privilegia ac privilegium Michaelis regis suo quoque privilegio cum toto eius tenore inseruit serenissimus Augustus III anno 1746 [9], constat id ex instrumento sub litera H.

9° Accesserunt constitutiones Reipublicae Academiam Zamoscensem in

---

[1] *Dokument fundacyjny Akademii Zamojskiej wystawił Jan Zamoyski dnia 5 VII 1600. Zob. Wiadomość o profesorach s. 77 nn.*

[2] *Stanisław Gomoliński (w autogr. Gumuliński) podpisał fundację Akademii tegoż dnia (5 VII 1600).*

[3] *Fundację Akademii zatwierdził król Zygmunt III Waza 23 IX 1601. W dokumencie błędnie podano, ze uczynił to Zygmunt August.*

[4] *Zob. dokum. nr 131 przyp. 2.*

[5] *Zob. dokum. nr 131 przyp. 3.*

[6] *Zob. dokum. nr 131 przyp. 4.*

[7] *Zob. dokum. nr 131 przyp. 5.*

[8] *Zob. dokum. nr 131 przyp. 6.*

[9] *Zob. dokum. nr 131 przyp. 7.*

suis iuribus salvam conservantes, idque annorum 1677, 1685, 1694, 1736, 1764[10], sub litera J.

10° Habet praeterea Academia Zamoscensis privilegia a summis pontificibus ad instantiam tam ipsius fundatoris Ioannis Zamoyski tum aliorum eius in ordinatione seu maioratu Zamoscensi successorum comitum Zamoysciorum concessa, uti a Clemente VIII, Paulo V, Innocentio, X, Innocentio XI et Benedicto XIV indulta[11], in quibus supplentur omnes defectus iuris et facti dictae Universitatis Zamoscensis, tandem conceditur privilegium exemptionis a iurisdictione episcopi, ius creandi notarios, ius conferendi studiorum gradus in omni facultate, ceteraque privilegia, quibus aliae locorum et gentium universitates ubivis locorum et gentium institutae, illarumque rectores, magistrati, professores, scholastici et aliae personae de iure, usu, consuetudine [s. 3], aut alias quomodolibet tam ex apostolica quam imperiali seu regali authoritatibus utuntur et gaudent, ac gaudere potuerunt, pariformiter et aeque principaliter uti et gaudere possint, atque in ipsa universitate ad gradus quoscunque promoti perfruantur aeque ac alii in aliis universitatibus promoti, ita ut nulla inter eos fiat differentia, ne fictio locum habeat. Assignatur in cancellarium universitatis episcopus Helmensis, uti loci ordinarius, in protectores vero et iudices conservatores archiepiscopus Leopoliensis et episcopus Premisliensis pro tempore existentes[12]. Privilegiatur quoque in iisdem pontificiis privilegiis ecclesia collegiata Zamoscensis per eundem Ioannem Zamoyski cancellarium olim Regni Poloniae fundata et cum universitate arctissime connexa, cuius quidem ecclesiae collegiatae decano conceditur usus mitrae et baculi episcopalis et vestitus violacei coloris. Primae dignitati nempe decanatui unitur beneficium curatum seu praepositura Szczebrzeszynensis[13], canonici quatuor primaevae fundationis dispensantur a praesentia in choro ac divinis et nonnisi cathedris in Academia adstringuntur, sub litera K.

11° Exhibetur fundatio ecclesiae collegiatae in Zamość sitae et per serenissimum Sigismundum Augustum (sic) anno 1605 approbatae[14], ex qua fundatione deducitur corpus capitulare dictae ecclesiae esse intime unitum corpori Academiae. Nam: 1° canonici quatuor iubentur esse professores et tam ad praelaturas quam praebendas canonicales soli professores actu laborantes promoveri praescribuntur. 2° Ius vocandi professores ad cathedras Academiae capitulo attribuitur. 3° Administratio bonorum Academiae scholastico ex sententia capituli, suprema vero inspectio ipsi capitulo decernitur. 4° Scholastica inspectio in Academia cumulative cum rectore, potestas vero iudicandi professores scholastico primitive assignatur. 5° Studiosis litigantibus secunda instantia apud scholasticum praescribitur. 6° Ius passivum ad praelaturas et canonicatus dictae ecclesiae, tum ad beneficia curata intra ambitum ordinationis Zamoscensis sita, professoribus solis, ad beneficia vero etiam vicariis

---

[10] *Zob. dokum. nr 131 przyp. 8.*

[11] *Pap. Klemens VIII wydał dokument erekcyjny dla Akademii Zamojskiej 29 X 1603; pap. Paweł V potwierdził jej przywileje 6 VI 1617; pap. Innocenty X — 26 IX 1648; pap. Innocenty XI — 20 II 1688; pap. Benedykt XIV — 7 V 1745, 23 VIII 1754 oraz 13 IX 1757. Wiadomość o profesorach s. 30.*

[12] *Należy zauważyć, że diecezja chełmska w okresie przedrozbiorowym była sufraganią metropolii lwowskiej, podobnie jak i diecezja przemyska.*

[13] *Szczebrzeszyn, zob. dokum. nr 6 przyp. 13.*

[14] *Zob. dokum. nr 9. Datę podano tu błędnie. Zatwierdzenie bowiem fundacji kolegiaty przez króla Zygmunta III Wazę miało miejsce 23 IX 1601.*

determinatur. 7° Ius iudicandi de idoneitate [s. 4] promovendorum ad praelaturas, canonicatus et parochias capitulo adiungitur, sub litera L.

12° Vita functo fundatore accesserunt dictae Universitati Zamoscensi nova studia decem et: 1° Studium theologiae scholastico dogmaticae tali modo; Georgius Zamoyski nominatus Luceoriensis [15] promisit se fundaturum in Academia Zamoscensi duas cathedras novas, unam scilicet theologiae speculativae, alteram iuris canonici, cuius promissionis est mentio in instrumento erectionis Academiae Zamoscensis. Sed quia haec promissio nescitur quo facto non est sortita suum effectum, proinde successu temporis studium theologiae scholastico dogmaticae fundatum est ab illma Catharina ducissa ab Ostrog Zamoyska [16] ex pecunia piae olim memoriae Simonis Simonidae [17] in cassa sua haerente, idque in summa florenorum Polon. 13 millium. Constat id ex instrumento ex actis antiquis rectoralibus anni 1639 deprompto sub litera J puncto 1. 2° Studium medicinae fundatum a Solski [18] medicinae in Universitate Zamoscensi professore in summa capitali flor. Polon. 17 millium inscripta anno 1653. Constat id ex instrumento testamento eiusdem Solski actis antiquis rectoralibus idiomate Polonico inserto puncto 2. 3° Studium iuris canonici fundatum a Skwarski [19] decano infulato Zamoscensi in summa capitali flor. Polon. 8 millium. 4° Studium mediae classis grammaticae, olim dictum orthographiae, fundatum a Kłopocki decano infulato Zamoscensi [20] in summa capitali flor. Polon. 1300; utraque haec fundatio, scilicet tam pro iure canonico quam pro orthographia, est in bonis Lipsko [21] ordinationis Zamoscensis, constat id ex instrumento ex actis rectoralibus antiquis anni 1693 deprompto eiusque puncto 3. 5° Studium historiae fundatum a Birkowski professore Universitatis Zamoscensis [22] in pensione annua flor. Polon. 300, constat id ex instrumento ex actis rectoralibus antiquis anni 1639 deprompto sub puncto 4. 6° Studium linguae Gallicae a Górski canonico et professore Zamoscensi [23] fundatum in summa capitali flor. Polon. 7 millium, constat id [s. 5] ex actis rectoralibus anni 1754 deprompto instrumento sub puncto 5. 7° Studium theologiae polemicae fundatum ab excelmo Andrea Zamoyski

---

[15] *Jerzy Zamoyski, zob. dokum. nr 15 przyp. 2.*

[16] *Katarzyna z Ostroga Zamoyska, zob. dokum. nr 21 przyp. 4.*

[17] *Szymon Szymonowicz (24 X 1558 — 5 V 1629) po studiach w Krakowie i za granicą otrzymał 18 IV 1590 od Zygmunta III Wazy nobilitację. Pap. Klemens VIII nazwał go poeta laureatus. W latach 1593—1629 był czynny około założenia i urządzenia Akademii Zamojskiej. Wiadomość o profesorach s. 73 n.*

[18] *Kasper Solski, doktor filozofii i medycyny, profesor fizyki (1616), rektor Akademii Zamojskiej (1622—1623, 1625—1627—1629, 1632—1633). Zmarł w 1653 r. Wiadomość o profesorach s. 38.*

[19] *Jakub Skwarski, zob. dokum. nr 22 przyp. 22.*

[20] *Andrzej Kłopocki, zob. dokum. nr 44 przyp. 1.*

[21] *Lipsko, zob. dokum. nr 120 przyp. 6.*

[22] *Szymon Birkowski (1574—1626), doktor filozofii i medycyny, brat kaznodziei Fabiana. Po studiach w Krakowie pracował początkowo w szkole parafialnej w Bieczu, a od 1594 w Zamościu. W r. 1602 został profesorem logiki, w r. 1604 przebywał na studiach medycznych w Padwie. Po powrocie wykładał medycynę i fizykę. W latach 1609—1610 był rektorem Akademii. W testamencie przekazał zapis 18 tys. zlp. na fundację katedry historii. L. Zembrzuski, K. Lepszy. Birkowski Szymon. Pol. słow. biogr., t. 2 s. 105 n.*

[23] *Antoni Stanisław Górski, doktor filozofii i obojga praw, w r. 1735 był profesorem poetyki, następnie logiki (1737), fizyki (1738), prawa państwowego (1746—1749). W latach 1740—1743 i 1746—1747 był rektorem Akademii Zamojskiej. Zmarł w 1751 r. A. Kossowski, Górski Antoni Stanisław. Pol. słow. biogr. t. 8 s. 434.*

moderno comite ordinato [24] in pensione annua ex cassa eius sovenda flor. Polon. 700. Item 8° studium lignuae Germanicae fundatum ab eodem excelmo comite Zamoyski moderno ordinato in pensione annua flor. Polon. 600 ex cassa eius solvenda. Item 9° Studium hirurgiae fundatum ab eodem excelmo comite Zamoyski moderno ordinato in pensione annua flor. Polon. 1000. Item 10° studium infimae classis grammaticae fundatum ab eodem excelmo Andrea Zamoyski moderno ordinato in pensione annuae ex cassa sua solvenda flor. Polon. 600. Constat id nempe de fundatione studiorum theologiae polemicae, linguae Germanicae, hirurgiae et infimae classis grammaticae atque de pensione flor. Polon. 400, bedellis Universitatis annuatim solvenda, constat id ex instrumento ab eodem excelmo Andrea ordinato Zamoyski dato Zamoscii anno 1781 die 20 mensis martii manu eius subscripto et sigillo communito sub literis M. 11° Computatis itaque cathedris 10 primitus a Ioanne Zamoyski fundatis cum aliis 10 subsequenter affundatis efficitur numerus cathedrarum actualium in Universitate Zamoscensi numero 20. 12° Et quia cum temporum mutatione mutata quoque et minuta sunt salaria professorum, aliorum vero tenuiter fundata ex hoc motivo excelmus Andreas Zamoyski comes modernus ordinatus, tam pro auctione salariorum professoribus iam fundatis, quam pro novis cathedris a se recenter erectis et excitatis, nec non pro aliis universitatis necessitatibus assignavit ex cassa sua summam flor. Polon. 8 millium et se suosque successores ad illam quotannis Universitati pendendam obligavit, quantumve unicuique in individuo professori annuatim sit solvendum ipse determinavit, hancque obligationem et dispositionem suam factam, subscriptam et sigillo communitam dedit Zamoscii anno 1781 die 20 mensis martii.

13° Omnes professores superius specificati habent mansiones liberas, seperatas in collegio uno ad id honeste extructo.

Pro his itaque superius specificatis iuribus et privilegiis eorumque clementissima approbatione iterum iterumque humillimas preces supplicationesque deferunt. Augustissimae Majestatis devotissimi et subiectissimi rector, scholasticus, praeses facultatis theologicae, praeses facultatis iuridicae, praeses facultatis medicae et philosophiae.

## Nr 133

## Kasata kapituł kolegiackich w diecezji przemyskiej.

*Lwów, 4 III 1784.*

*Gubernium Lwowskie donosi biskupowi przemyskiemu Antoniemu Wacławowi Betańskiemu, że zgodnie z rozporządzeniem ces. Józefa II z 9 i 27 II 1784 r. wszystkie kolegiaty mają być zamienione na beneficja duszpasterskie.*

**Or.** *nie znany.*
**Kop.** *ADP nr 90. Literae et edicta, vol. IV (1783—1784) nr 466 s. 296—297; tytuł wpisu:* Collegiata, beneficia, praebendarii etc. ad curam animarum adstringendi.

Iuxta altissimum decretum aulicum de die 9 praesentati et 27 elapsi Sua Majestas decrevit, ut collegiales fundationes, praebendarii et praesentiarii, qui nulli curae animarum sunt adstricti iuxta consilium loci ordinarii in posterum

[24] *Andrzej Zamoyski, ordynat X (1716—1792), wojew. inowrocławski (1757), kanclerz w. koronny (1764—1767), starosta halicki, lubelski, brodnicki, rostocki. W. Dworzaczek, dz. c., tabl. 135.*

omnia eiusmodi beneficia ad administrandam curam animarum obligentur, ita ut ad dotationem novarum parochiarum convertantur. Quae suprema dispositio dno episcopo pro notitia communicatur.

## Nr 134
## Prośba kapituły o zachowanie kolegiaty w Zamościu.

*Zamość, [4 III — 5 V] 1784.*

*Kapitula zamojska prosi biskupa przemyskiego A.W. Betańskiego o wstawiennictwo w Gubernium Lwowskim i u ces. Józefa II w sprawie dalszego zachowania kolegiaty zamojskiej przy jej dotychczasowej organizacji i działalności, a nadto o zatrzymanie dla dziekana kapituły przywileju pontyfikaliów.*

**Or.** *nie znany.*
**Kop.** *Bibl. PAN Kraków. Sygn. 2387/I. Zbiór dokumentów z XVI—XVIII w. k. „1784" k. 3.*

Ilme Excelme et Rdme Dne Pastor Gratiosissime. Capitulum ecclesiae collegiatae Zamoscensis pastoralem interpositionem ad Augustissimam Majestatem eiusque Excelsum Gubernium Leopoliense pro conservatione suae ecclesiae in statu quo, eiusque decani infulati circa usum pontificalium aliasque praerogativas ad mentem privilegiorum apostolicorum, implorat humillime ex motivis sequentibus:

1° Quia ecclesia collegiata Zamoscensis sicut est a suo fundatore favore boni publici, nimirum non tantum ad cultum divinum peragendum, sed etiam ad administrandam Academiam Zamoscensem ac cathedras in eadem occupandas, ita huic bono publico per alterum prope saeculum utilis fuit et esse non desinit.

2° Quia scholasticus eiusdem collegiatae pro speciali officio sibi assignatum habet, ut bona Academiae administret, Academiam frequenter invisat, proffessoribus cum rectore invigilet, rectorem in officio suo remissum commoneat, causas professorum et studiosorum ex appellatione iudicat et alia plura, ut constat ex instrumento erectionis ecclesiae et Academiae.

3° [k. 1'] Quia canonici dictae ecclesiae praesertim quatuor primaevae fundationis obligantur per legem fundationis ad tractandas lectiones in Academia.

4° Quia haec ecclesia collegiata est approbata a quinque summis pontificibus, videlicet: Clemente VIII [1], Innocentio IX [2], Innocentio X [3], Paulo V [4] et Benedicto XIV [5], nec non a serenissimis regibus Poloniae et tota republica, signanter per constitutionem anni 1674 [6], vol. 5 fol. 210.

5° Pro conservanda dicta ecclesia fundator illius Ioannes Zamoyski [7] non solum successores suos iureiurando obstringit, sed etiam episcopos loci ordinarios obtestatur, immo ipsorum supremorum principum opem, auxilium et protectionem enixissime implorat, ac ne sancitum illius infringere tentantibus

---

[1] *Pap. Klemens VIII, zob. dokum. nr 4 przyp. 1.*
[2] *Pap. Innocenty IX rządził Kościołem w latach 29 X 1591—30 XII 1591.*
[3] *Pap. Innocenty X rządził Kościołem w latach 15 IX 1644 — 7 I 1655.*
[4] *Pap. Paweł V, zob. dokum. nr 11 przyp. 2.*
[5] *Pap. Benedykt XIV, zob. dokum. nr 92 przyp. 1.*
[6] *Zob. dokum. nr 131 przyp. 10.*
[7] *Jan Zamoyski, zob. dokum. nr 1 przyp. 2.*

suam authoritatem addere velint, tueantur potius per iudicem humani generis Dominum Iesum Christum rogat, ut constat ex instrumento erectionis.

6° Quia fundator hanc ecclesiam specialiter fundavit, ut exsolvisset vota Deo facta pro partis ex infidelibus victoriis, ut constat ex instrumento dotationis eiusdem ecclesiae.

7° Quia haec ecclesia sita est in civitate his in partibus nobiliorum inter oppida et bona quaevis stabilia maioratus Zamoscensis primum locum tenente, confluxum ad se specialem nobilionis populi ex confiniis Regnorum et Academiam pluribus scinetiis florentem habente. [k. 2].

8° Quia haec ecclesia habet sufficientem numerum cleri ad assistendum sibi et ad peragendum chorum et ad exercendam curam animarum, ac proinde etiam ad assistendum decano pontificaliter celebranti. Et licet, iuxta recens emanatam supremam resolutionem, clerus penes collegiatas aliasque pro choro fundationes minui deberet, superesset adhuc praebendae vicariales curam animarum annexam habentes numero 10. Habent proinde decanus infulatus sufficientem sibi pontificaliter certis temporibus celebranti, maxime quod numerus cleri longe minor requiritur ad assistendum infulato more abbatum celebranti, quam ad assistendum episcopo loci ordinario.

9° Quia pro aliquo casu necessitatis etiam religiosi locales possent supplere defectum cleri saecularis.

10° Quia interest ecclesiae et boni publici esse saltem in aliquibus civitatibus nobilioribus unam ecclesiam insignem clero nobiliore, doctiore et numerosiore institutam. Alias in occurrentibus casibus maioris momenti et difficultatibus vix superesset remedium solidae ac bono publico opportunae resolutioni.

Ex his itaque ac aliis altissimo illmi Pastoris, etiam uti protectoris apostolici iudicio visis et videndis motivis capitulum Zamoscensem pro sui manutentione ac gratiosa et favorabili ad Augustissimam Majestatem eiusque Excelsum Gubernium opinione in ordine impetrandi placeti regii iterum iterumque supplicat. Datum Zamoscii anno 1784.

## Nr 135

## Prośba o zachowanie Kolegiaty Zamojskiej.

*Przemyśl, 5 V 1784.*

*Antoni Wacław Betański, biskup przemyski na instancję kapituły zamojskiej przedkłada Gubernium Lwowskiemu prośbę* o *wstawiennictwo u ces. Józefa II* o *dalsze zatrzymanie kolegiaty w Zamościu.*

**Or.** *nie znany.*

**Kop.** *ADP nr 90. Litterae et edicta, vol. III (1783—1784) s. 375—376; tytuł wpisu:* Litterae ad Excelsum Gubernium favore collegiatae Zamoscensis die 5 maii 1784.

Ex annexis a vbli capitulo ecclesiae collegiatae Zamoscensis, mihi nuper transmissis, quae Excellentiae Vestrae hisce accludo, perspiciat Excellentiae Vestrae supplices eiusdem capituli preces ac motiva, quibus eas suffulcire conatur. Ne afferam Excellentiae Vestrae in legendo taedium, nolo eundem repetere, benignam tantum ad omnia momenta in supplici libello sufficienter et adaequatae explicata Excellentiae Vestrae reflexione et patrocinium imploro. Hoc unicum tantum superaddendum censui, quod praeclara Domus Zamoscia-

na erga bonum ecclesiasticum et politicum merita, nec non intaminata erga Sacratissimam Majestatem fides, postulant clementissimam rationem, ut Insignis eiusdem Ecclesiae Collegiatae per Zamoscios fundatio et dotatio in statu quo gratiose conservetur et altissimo placito approbari mereatur. Obsequia quoque Academiae Zamoscensis per bina prope saecula publico praestita, clerus ineadem sufficienter doctus, minime notatus, ut aemuletur charismata meliora, supplicat devotissime pro eandem gratiosissima sui circa antiqua privilegia et praerogativas conservatione et applacidatione, cuius obtinendae totam spem ponit in ponderosa Excellentiae Vestrae intercessione ac protectione, quam pro comperta eiusdem benevolentia minime defuturam sperando, et enixissimas preces meas favore dicti capituli Zamoscensis reiterando, maneo distinctissimo cultu. A.V. Betański episcopus [1].

## Nr 136
## Prośba o zachowanie przewileju pontyfikaliów.

*Przemyśl, 5 V 1784.*

*Na prośbę ks. A. Trębińskiego, dziekana infulata kolegiaty zamojskiej, biskup przemyski Antoni Wacław Betański prosi Gubernium Lwowskie o zezwolenie temuż ks. Trębińskiemu na dalsze korzystanie z przywileju pontyfikaliów.*

**Or.** *nie znany.*
**Kop.** *ADP nr 90. Litterae et edicta, vol. III (1783—1784) s. 373—375; tytuł wpisu:* Litterae ad Excelsum Gubernium die 5 maii 1784 favore Alexandri Trembiński.

Excelme Dne. Ad mandatum Excellentiae Vestrae 18 martii a.c. datum et 7 aprilis receptum, decanus infulatus Zamoscensis Alexander Trembiński [1] producet: 1° copiam privilegii Sigismundi III regis Poloniae erectionem fundationis decanatus Zamoscensis approbantis sub litera A [2]; 2° transumptum bullae Benedicti XIV papae una cum copia eiusdem vidimata sub litera B [3]; usum pontificalium eidem decano Zamoscensi concedentis. 3° copiam vidimatam executionis praefatae bullae per ilmum et rdmum Sierakowski pro tunc episcopum Premisliensem [4] sub litera C. Adiungit quoque supplicem libellum ad Augustissimam Majestatem pro impetrando super praemissis altissimo placito, ubi exposuit motiva ac lucrandum placitum regium congruentia.

Precibus eius meam insuper fortissimam interpositionem adiicio et una cum eo Excellentiae Vestrae protectionem imploro, ut idem praelatus ad decorem Insignis Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis, nec non in satisfactionem Domus Zamoscianae, eandem ecclesiam collegiatam pluribus beneficiis dotan-

---

[1] *Antoni Wacław Betański (1715—1786), Czech z pochodzenia, kanonik katedralny w Hradcu i kolegiacki w Starym Bolesławiu (Czechy), sekretarz cudzoziemskiej ekspedycji Jana Klemensa Branickiego (1758), proboszcz w Slocinie (diec. przemyska) i Goniądzu (diec. wileńska), koadiutor biskupa J.T. Kierskiego w Przemyślu (1780), ordynariusz przemyski (od stycznia 1783), pierwszy rektor Uniwersytetu Lwowskiego (1784). Zmarł 21 I 1786. St. Łempicki, Betański Antoni Wacław. Pol. słow. biogr., t. 1 s. 475—477.*

---

[1] *Aleksander Trębiński, zob. dokum. nr 95 przyp. 1.*
[2] *Zob. dokum. nr 9.*
[3] *Zob. dokum. nr 93.*
[4] *Hieronim Wacław Sierakowski, biskup przemyski jako delegat apostolski wprowadził w życie rzeczoną bullę papieską dokumentem z dnia 26 III 1743.*

tis, in praemium quoque capituli et Academiae Zamoscensis de bono publico bene meritorum et sub hodierno pro manutentione praerogativae decano infulati. Excellentia Vestra mecum in seorsivis litteris supplicantium circa usum pontificalium gratiose conservetur. Expedit enim tam pro decore ecclesiae, quam pro excitando stimulo in viris scientia et virtute conspicuis, ut aliquam spem altioris in statu ecclesiastico promotionis et dignitatis habere possint, taliterque ad excolendum sese in doctrina et pietate allientur, quod in personis circa Academiam Zamoscensem existentibus maxime opportunum et conveniens fore dignoscitur. Quod attinet necessariam asistentiam cleri decano pontificaliter celebranti, haec ex clero ad collegiatam Zamoscensem fundato et existenti sufficere potest, nam minore numero assistentium indiget decanus infulatus, quam loci ordinarius. Iam vero, ut clerus circea dictam collegiatam fundatus in eo, quo hactenus numero conservetur, postulat et parochianorum copia, ùti in civitate populosiore reperibilis et confluentium undique accessus tanquam ad locum studiis, commerciis et officii circularis consistentia praestentem et distinctum. His itaque ex motivis favorabilem Excellentiae Vestrae desideriis infulati Zamoscensis annutum humillime exposco et cum distinctissimo cultu permaneo. A.V. Betański episcopus [5].

## Nr 137
## Kasata Kolegiaty Zamojskiej.

*Lwów, 21 V 1784.*

*Gubernium Lwowskie donosi biskupowi przemyskiemu A.W. Betańskiemu, że odnośnie kolegiaty w Zamościu stosuje się w całej pełni dekret cesarza z 4 II t. r., mocą którego kolegiata została skasowana i zamienioną na zwykłe beneficjum parafialne; inne beneficja proste przy kolegiacie mają być przeznaczone na uposażenie nowych parafii.*

**Or.** *nie znany.*
**Kop.** *ADP nr 90. Litterae et edicta, vol. III (1783—1784) nr 590 s. 448; tytuł wpisu:* Cum fundatione collegiatae Zamoscensis iuxta universalia altissima praescripta disponendum erit. Decretum.

Constat expresse de supremo mandato de die 9 februarii a.c. quo iniungitur, ut fundationes collegiatales curam animarum ordinariam habeant annexam, eae denique aut pro curatis disponantur beneficiis, aut ad dotandas novas parochias convertuntur. Quamobrem stante regulatione parochiarum. Zamoscensis collegiatae fundatio iuxta adducta dno episcopo die 4 martii intimatae universalia suprema praescipta tractanda venit. Quod dno episcopo ad illius epistolam de 5 currentis reponitur [1].

[5] *Antoni Wacław Betański, zob. dokum. nr 135 przyp. 1.*

[1] *Dopisano:* Transmissa copia supra expressorum capitulo Zamoscensi 11 iunii 1784. *Datę powyższą należy zatem uważać za ostateczną datę kasaty kolegiaty.*

(Cdn.)